CONGREGATIONE
PARTICVLARI
A
SS.MO DOMINO NOSTRO
DEPVTATA.

Sabaudien. Priuilegiorum.

PRO
Dataria Apoſtolica.

SVMMARIVM.



ROMÆ, M.DC.XCVIII.
Ex Typographia Reu. Cameræ Apoſtolicæ.

SVPERIORVM PERMISSV.

SVMMARIVM.

Num. 1. Indultum Nicolai V. concessum Ludouico Duci Sabaudiæ.



ICOLAVS V. Episcopus Seruus Seruorum Dei; Ad futuram rei memoriam. Etsi ex paternæ charitatis affectu quorumlibet statui pacifico, & tranquillo in votiuis confouendo profectibus assiduæ sollicitudinis curam libenter intendimus, congruit tamen nos Catholicos Principes nobis, & Apostolicæ Sedi deuotos quò id à nobis sincerè requiritur propensioribus fauoribus prosequi, ne status sui dispendia subeant, & quæuis ipsos conturbet aduersitas intestina; Hinc est, quod quamuis Sedis prædictæ prouidentia circumspecta actus suos sub eo semper dirigat rationis moderamine, nè in cuiusquam protendantur præiudicium, vel offensam, nihilominùs Dilectum filium nobilem virum Ludouicum Ducem Sabaudiæ, qui vti Catholicum decet Principem nobis, & dictæ Sedi plenè assurgens obedientiæ debito pro suæ deuotionis affectu à nobis attolli meruit, fauore beneuolentiæ specialis eo considerationis nostræ respectu prosequi volentes quo firma fiducia, omnem sibi tollet suspicionis causam, nè ex promotione quorumuis ad quarumcumque Ecclesiarum, vel Monasteriorum infra districtum sui temporalis dominij consistentium regimina, seu prouisionibus quibuslibet, de quibusuis dignitatibus dispositioni nostræ reseruatis ibidem consistentibus quibuscumque personis per nos faciendis sui status succedat dispendium, aut alia quæuis aduersitas intestina præfatum Ducem harum serie certum reddimus, & sibi promittimus, quod ipso, & dominio huiusmodi in integritate dictæ obedientiæ persistentibus ad quarumcumque Metropolitanarum, vel aliarum Cathedralium earundem regimina, aut dignitates Abbatiales infra districtum prædictum neminem præficiemus, seu illis de quorumcumque personis non prouidebimus, nisi habitis prius per nos intentione, & consensu ipsius Ducis de personis idoneis ad huiusmodi regimina, seu dignitates promouendis, vel de quarum personis tales prouisiones fuerint faciendæ, de alijs verò dignitatibus videlicet post Pontificales maioribus, & Prioratibus Conuentualibus, ac aliàs dispositioni nostræ generaliter reseruatis in districtu præfato personis prouidebimus idoneis non nisi fuerint de locis ditionis ipsius Ducis, aut sibi gratæ, vel acceptæ de alijs locis oriundæ. Præterea Prioratus Tallueriarum, Ripaliæ, & Noualitij, ac Præposituram Montisiouis, quæ in confinibus huiusmodi dominiorum consistunt, si & cum

Extensio ad Prioratus, & Præposituram existen. in confinibus.

cum illos vacare contigerit, nulli conferemus, nisi similiter prius ab ipso Duce eius intentione habita de personis, quibus fuerint conferendi. Gratias autem expectatiuas, & speciales reseruationes quaslibet cum quibusuis, quæ ex illis descendunt prouidendi mandatis in districtu prædicto personis dumtaxat, quæ locorum eiusdem districtus alienigenæ, vel extraneæ non fuerint, nisi fortassis eiusdem Ducis consensus alijs personis super huiusmodi gratijs obtinendis suffragetur, concedemus. Quod si fortassis ex importunitate petentium, aut per præocupationem, seu aliàs inaduertenter per nos contra præmissa quasuis prouisiones, præfectiones, & collationes fieri, aut aliàs quicquam concedi contigerit, auctoritate Apostolica earumdem præsentium tenore statuimus, declaramus, & decernimus ea omnia, vtpotè præter, & contra mentem nostram à nobis extorta, & quæcumque indè secuta, cum processibus indè pro tempore habitis, quasuis etiam in se Censuras, & pœnas continentibus nullius fore roboris, vel momenti, ipsisque processibus minimè intendendum, siue parendum esse, nec Censuras, & pœnas huiusmodi quemquam arctare, sed illas, & eosdem processus pœnitus haberi debere pro infectis. Nulli ergo omninò hominum liceat hac paginam nostræ promissionis, statuti, declarationis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quadrigentesimo quinquagesimo primo, Quarto Idus Ianuarij, Pontificatus nostri Anno Quinto.

Num. 2.

Jndultum Sixti IV. quoad gratias expectatiuas exteris non conceden.

SIXTVS IV. Seruus Seruorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Creditam nobis desuper regendæ militantis Ecclesiæ prouidentiam salubriter exequi coadiuuante Domino cupientes, ad ea vt debemus, libenter intendimus, per quæ Ecclesijs, & Monasterijs, alijsque locis Religiosis, ac personis Ecclesiasticis consulatur salubriter, ipsarumque Ecclesiarum per amplius excrescant decus, & venustas. Sanè pro parte Dilectæ in Christo filiæ Nobilis mulieris Yolant Ducissæ, Tutricis, & tutorio nomine nobilis Viri Philiberti Ducis Sabaudiæ, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod licèt in Ducatu, districtu, ditione, comitatibus, Terris, locis, & alijs dominijs Sabaudiæ vltrà, & citràmontanis dominio ipsius Ducis mediatè, & immediatè subiectis quamplures personæ ex eiusdem Ducatu, districtu, ditio-

ditione, & dominio oriundæ ad Ecclesiasticas dignitates, & alia Beneficia Ecclesiastica, Sæcularia, & cuiuscumque Ordinis Regularia obtinenda habiles, atq; idoneæ in numero copioso existant, tamèn quamplures alienigenę personæ ad Beneficia huiusmodi diuersis, & exquisitis vijs aspirant, & propterea postponitur earumdem oriundarum personarum promotio, & quam pluribus ex eisdem, cùm ipsis alias facultates non suppetant, se in litterarum studijs exercendi aufertur opportunitas, & ipsi alienigenæ in dictis beneficijs non curant personaliter residere, quo fit, vt Diuinus Cultus diminuatur, & ipsa Beneficia in spiritualibus, & temporalibus non modica patiantur detrimenta. Quarè prò parte d. Ducissę, nomine quo supra nobis fuit humiliter supplicatū, vt in præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur pro Ecclesiarum, & Monasteriorum, aliorumque regularium Locorum Ducatus, & dominij huiusmodi venustate, & decore, & vt ipsis personis oriundis salubriter prouideatur ex præmissis, & alijs nobis expositis causis huiusmodi supplicationibus inclinati, hac perpetua, & irrefragabili constitutione statuimus, & ordinamus, vt nullus alienigena, siue alterius nationis, & dominij Clericus, vel cuiuscumque ordinis Regularis, qui non sit de Ducatu, ditione, vel dominio huiusmodi oriundus, aut saltèm verus, & actualis illorum Incola, cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis existant, beneficia prædicta sæcularia, vel cuiuscumque ordinis regularia, cum Cura, vel sine Cura, quæcumque, & qualiacumque fuerint, deinceps vigore litterarum quarumcumque gratiarum expectatiuarum sub quacumque verborum forma emanauerint, acceptare, siue obtinere possit, nec ei ius aliquod acquiratur, auctoritate Apostolica decernentes Locorum Archiepiscopos, Episcopos, necnon dictorum Monasteriorum Abbates pro tempore existentes, & Conuentus eorumdem, necnon dictarum Ecclesiarum Capitula, & quosuis alios ordinarios obtentu prædictarum litterarum sub quauis forma, vel expressione verborum etiam cum specifica, & indiuiduali statuti, & ordinationis huiusmodi derogatione à Sede prædicta, vel legatis eiusdem in antea impetrandarum, & processuum habendorum per easdem quasuis etiam censuras, & pœnas in se continentium, ad receptionem alicuius, vel aliquorum ad Beneficia huiusmodi aduersùs statutum, & ordinationem prædicta, compelli minimè debeant, seu possint, necnon censuræ processus, & pœnæ huiusmodi, etiamsi dictæ litteræ motu proprio, & ex certa scientia emanarent, neminem arctent,

ſed habeantur pro caſſis, irritis, & infectis; Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cęteriſque contrarijs quibuſcumque. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtri ſtatuti ordinationis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ, milleſimo quadrigenteſimo ſeptuageſimo quarto, nono Kal. Martij, Pontificatus noſtri anno quarto.

Indultum Innocentij Octaui cõfirmans priuilegiũ Sixti IV. quoad gratias expectatiuas.

INNOCENTIVS VIII. Epiſcopus Seruus Seruorum Dei ad futuram rei memoriam. Ijs quæ laudabili, & prouida prædeceſſorum noſtrorum ordinatione ſtatuta, & decreta ſunt, libenter cum à nobis petitur, noſtri adijcimus roboris firmitatem, vt tantò firmius obſeruentur quantò iterato Sedis Apoſtolicæ fuerint auctoritate firmata. Dudum ſi quidem à felicis recordationis Sixto Papa IV. prædeceſſore noſtro emanarunt litteræ tenoris ſubſequentis. Sixtus Epiſcopus Seruus Seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Creditam nobis deſuper regendæ militantis Eccleſiæ prouidentiam ſalubriter exequi coadiuuante Domino cupientes ad ea, vt debemus libenter intendimus, per quæ Eccleſijs, & Monaſterijs, alijſque locis Religioſis, ac perſonis Eccleſiaſticis conſulatur ſalubriter, ipſarumque Eccleſiarum per amplius excreſcant decus, & venuſtas. Sanè pro parte Dilectæ in Chriſto filiæ Nobilis mulieris Yolant Duciſſæ, Tutricis, & Tutorio nomine Nobilis viri Philiberti Ducis Sabaudiæ, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod licet in Ducatu, & diſtrictu, ditione, Comitatibus, terris, locis, & alijs dominijs Sabaudiæ vltra, & citra Montanis dominio ipſius Ducis mediatè, & immediatè ſubiectis quamplures perſonæ ex eiſdem Ducatu, diſtrictu, ditione, & dominio oriundæ ad Eccleſiaſticas dignitates, & alia beneficia Eccleſiaſtica ſæcularia, & cuiuſcumq; Ordinis Regularia obtinenda habiles, atque idoneæ, in numero copioſo exiſtant, tamen quamplures alienigenæ perſonæ ad beneficia huiuſmodi diuerſis, & exquiſitis vijs aſpirant, & propterea poſtponitur earundem oriundarum perſonarum promotio, & quampluribus ex eiſdem, cum ipſis alias facultates non ſuppetant, ſe in litterarum ſtudijs exercendi aufertur opportunitas, & ipſi alienigenæ in dictis beneficijs non curant perſonaliter reſidere quo fit, vt diuinus cultus diminuatur, & ipſa beneficia in ſpiritualibus, & temporalibus non modica patiantur detrimenta

menta. Quare pro parte dictæ Ducissæ nomine quo supra nobis fuit humiliter supplicatum, vt in præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur pro Ecclesiarum, & Monasteriorum, aliorumque Regularium locorum Ducatus, & dominij huiusmodi venustate, & decore, & vt ipsis personis oriundis salubriter prouideatur, ex præmissis, & alijs nobis expositis causis. huiusmodi supplicationibus inclinati, hac perpetua, & irrefragabili constitutione, statuimus, & ordinamus, vt nullus alienigena, siue alterius nationis, & dominij Clericus, vel cuiuscunque Ordinis Regularis, qui non sit de Ducatu, ditione, vel dominio huiusmodi oriundus, aut saltem verus, & actualis illorum incola cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis existat, beneficia prædicta sæcularia, vel cuiusque Ordinis Regularia, cum cura, vel sine cura quæcumque, & qualiacumque fuerint, deinceps vigore litterarum, quarumcumque gratiarum expectiuarum, sub quacumque verborum forma emanauerint acceptare, siue obtinere possit, nec ei ius aliquod acquiratur, auctoritate Apostolica decernens locorum Archiepiscopos, Episcopos, necnon dictorum Monasteriorum Abbates pro tempore existentes, & Conuentus eorumdem, necnon dictarum Ecclesiarum Capitula, & quosuis alios Ordinarios obtentu prædictarum litterarum, sub quauis forma, vel expressione verborum etiam cum specifica, & indiuiduali statuti, & ordinationis huiusmodi derogatione à Sede prædicta, vel legatis eiusdem in antea impetrandarum, & processuum habendorum per easdem quasuis etiam censuras, & pœnas in se continentium ad receptionem alicuius, vel aliquorum ad beneficia huiusmodi aduersus statutum, & ordinationem prædicta minimè compelli debere, seu posse, necnon censuræ processus, & penæ huiusmodi, etiam si dictæ litteræ motu proprio, & ex certa scientia emanarent, neminem arctent, sed habeantur pro cassis, irritis, & infectis, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis cæterisque contrarijs quibuscumque; Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostri statuti, ordinationis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quadrigentesimo septuagesimo quarto, nono Kal. Martij, Pontificatus nostri anno quarto. Et deinde pro parte Dilecti filij Nobilis viri Caroli Ducis Sabaudiæ

nobis

nobis fuit humiliter supplicatum, vt eiusdem prædecessoris litteris, & in eis contentis, statuto, & ordinationi prædictis pro illorum subsistentia firmiori nostræ approbationis robur adijcere, aliasque in præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati litteras prædictas, ac omnia, & singula in eis contenta auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, ac præsentis scripti patrocinio communimus, non obstantibus constitutionibus, ordinationibus Apostolicis, ac omnibus illis, quæ idem prædecessor in dictis litteris voluit non obstare cæterisque contrarijs quibuscumque, Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, & muniminis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei,& Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quadrigentesimo octuagesimo quarto, octauo Idus Martij, Pontificatus nostri anno primo.

Simile Indultum Julii Secundi.

IVLIVS II. Episcopus, Seruus Seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Romani Pontificis in omnes copiosa benignitas Catholicorum Principum, & aliorum Christifidelium merita, & deuotionem circumspecta prouidentia considerans, ea quæ in ipsorum Principum subditorumque suorum fauorem, honorem, & quietem per Sedem Apostolicam concessa repererit, suæ protectionis munimine roborat, vt eo firmiùs persistant quo Sedis eiusdem auctoritate sæpiùs fuerint circumfulta. Dudum siquidem fœlicis recordationis Sixto Papæ IV. prædecessori nostro pro parte quondam Yolant Ducissæ, Tutricis, & tutorio nomine quondam Philiberti Ducis Sabaudiæ, exposito quod licet in Ducatu, districtu, ditione, Comitatibus, Terris, locis, & alijs dominijs Sabaudiæ, vltrà, & citramontanis dominio ipsius Ducis, mediatè, & immediatè subiectis quamplures personæ ex eisdem Ducatu, districtu, ditione,& dominio oriundæ ad Ecclesias dignitates, & alia beneficia Ecclesiastica, Secularia, & cuiuscumque Ordinis Regularia obtinenda, habiles, atque idoneæ in numero copioso existerent, tamen quamplures alienigenæ personæ ad beneficia huiusmodi diuersis, & exquisitis vijs aspirabant, & propterea postponebatur earumdem oriundarum personarum promotio, & quampluribus ex eisdem, cum ipsis alias facultates non suppeterent, se in litterarum studijs exercendi auferebatur opportunitas, & ipsi alienigenæ

genæ in dictis beneficijs non curabant personaliter residere; quo fiebat vt diuinus cultus diminueretur, & ipsa beneficia in spiritualibus, & temporalibus non modica paterentur detrimenta, dictus prædecessor ex præmissis, & alij sibi expositis causis, perpetua, & irrefragabili Constitutione per quasdam suas litteras statuit, & ordinauit, vt nullus alienigena, siue alterius nationis, & dominij Clericus, vel cuiuscumque Ordinis Regularis, qui non esset de Ducatu, ditione, vel dominio huiusmodi oriundus, aut saltem verus, & actualis illorum incola, cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis existeret, beneficia prædicta Secularia, vel cuiusuis Ordinis Regularia cum cura, vel sine cura quæcumque quotiescumque qualiacumque forent ex tunc deinceps vigore litterarum quarumcumque gratiarum expectatiuarum sub quacumque verborum forma emanarent, acceptare, siue obtinere posset, nec ei Ius aliquod acquireretur, ac decreuit, locorum Archiepiscopos, Episcopos, necnon Monasteriorum Abbates pro tempore existentes, ac Conuentus eorundem dictarumque Ecclesiarum Capitula, & quosuis alios Ordinarios obtentu prædictarum litterarum sub quauis forma, vel expressione verborum etiam cum specifica, & indiuiduali statuti, & ordinationis huiusmodi derogatione à Sede Apostolica, vel Legatis eiusdem ex tunc in antea impetrandarum, & processuum habendorum per easdem quasuis etiam censuras, & pœnas in se continentium ad receptionem alicuius; vel aliquorum ad beneficia huiusmodi aduersus statutum, & ordinationem prædicta compelli minimè debere, seu posse, necnon censuræ, processus, & pœnæ huiusmodi, etiamsi dictæ litteræ motu proprio, & ex certa scientia emanarent neminem arctarent, sed quod haberentur pro cassis, irritis, & infectis, & successiuè piæ memoriæ Innocentius Papa Octauus etiam prædecessor noster litteras prædictas, ac omnia, & singula in eis contenta, per alias suas litteras approbauit, ac sui scripti patrocinio communiuit prout in eorumdem prædecessorum desuper respectiuè confectis litteris prædictis plenius continetur. Quare pro parte dilecti filij Nobilis viri Caroli Ducis Sabaudiæ nobis fuit humiliter supplicatum, vt pro Ecclesiarum, & Monasteriorum aliorumque Regularium locorum Ducatus, & dominij prædictorum venustate, & decore, ac personarum oriundarum huiusmodi statu, & tranquillitate singulas litteras prædictas innouare, & approbare, & alias in præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur qui singulorum

lorum nobis, & Sedi Apostolicæ deuotorum filiorum decori, & indemnitatibus, quantum cum Deo possumus libenter consulimus, huiusmodi supplicationibus inclinati singulas litteras prædictas ex certa nostra scientia tenore præsentium innouamus, & approbamus, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere debere, ac quod illis etiam per quasquis clausulas, etiam derogatoriarum derogatorias, seu fortiores, & insolitas nullatenus derogatum censeatur nisi illorum toto tenore, ac de verbo ad verbum, & nihil omisso, inserto, necnon speciali, & expresso præfati Caroli, & pro tempore existentis Sabaudiæ Ducis consensu eadem auctoritate decernimus, & nihilominus pro potiori cautela præmissa omnia de nouo statuimus, & ordinamus. Non obstantibus præmissis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis cæterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ innouationis, approbationis, Decreti, Statuti, & Ordinationis infringere, vel ei ausu temerario contraire si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimosexto, Kalend. Maij, Pontificatus nostri anno tertio.

Num. 3. Jndultum Leonis X. cõfirmans præcedẽtes litteras Nicolai V. Sixti IV. & aliorum Pontificum.

LEO X. Episcopus Seruus Seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Benignitas Sedis Apostolicæ consueta ea per quæ Romanos Pontifices pro Catholicorum Principum prospero, & tranquillo statu, ac indemnitate, & animarum salute prouidè concessa comperit, libenter approbat, & innouat, eisque Apostolici muniminis robur adijcit, ac de nouo concedit, & alias in ijs prouidet prout in Domino prospicit salubriter expedire. Dudum si quidem felicis recordationis Nicolaus V. quondam Ludouico Sabaudiæ Duci tunc in humanis Agenti, ne ex promotione quorumuis, ad quarumcumque Ecclesiarum, vel Monasteriorum, infra districtum sui temporalis dominij consistentium, regimina, seu prouisionibus quibuslibet de quibusuis dignitatibus dispositioni Apostolicæ reseruatis inibi consistentibus, quibuscumque personis per eum faciendis, sui status cederet dispendium, aut alia quæuis aduersitas intestina præfatum Ducem per suas litteras certum reddidit, & sibi promisit, quod ipso, & dominio huiusmodi in integritate obedientiæ dictæ Sedis persistentibus ad quarumcumque Metropolitanarum, vel aliarum Cathedralium Ecclesiarum regimina, aut dignitates Abbatiales infra districtum prædictum, neminem præficeret, seu

illis

illis de quorumcumque personis, non prouideret, nisi habitis prius per eum intentione, & consensu ipsius Ducis de personis idoneis ad huiusmodi regimina, seu dignitates promouendis, vel de quarum personis tales prouisiones forent faciendæ, de alijs verò dignitatibus, videlicet post Pontificales maioribus, & Prioratibus Conuentualibus, ac alijs dispositioni Apostolicæ generaliter reseruatis in districtu præfato personis prouideret idoneis, non nisi forent de locis ditionis ipsius Ducis, aut sibi gratis, & acceptis de alijs locis oriundæ. Præterea Prioratus Tallueriarum, Ripaliæ, & Noualitiæ, ac Præpositura Montisiouis, qui in confinibus huiusmodi dominiorum consistebant, si & cum illa vacare contingeret nulli conferret, nisi similiter ab ipso Duce eius intentione habita de personis, quibus forent faciendi: gratias autem expectatiuas, speciales reseruationes quaslibet, cum quibuslibet, quæ ex illis descendebant prouidendi mandatis, in districtu prædicto personis dumtaxat, quæ locorum eiusdem districtus alienigenæ, vel extranei non forent, nisi forsan eiusdem Ducis consensus alijs personis super huiusmodi gratijs obtinendis suffragaretur, concederet: quod si forsan ex importunitate petentium, aut per præocupationem, seù aliàs inaduertenter per eum contra præmissa quasuis prouisiones, præfectiones, & collationes fieri, aut alias quicquam concedi contingeret, statuit, & decreuit ea omnia, vtpotè præter, & contra mentem suam ab eo exorta, & quæcumque indè secuta, cum processibus indè pro tempore habitis, quasuis etiam in se censuras, & pœnas continentibus, nullius foi e roboris, vel momenti, ipsisque processibus minimè intendendum siue parendum esse, nec censuras, & pœnas huiusmodi quempiam arctare, sed illas, & eosdem processus pænitus haberi deberi pro infectis. Et deindè Sixtus IV. per suas litteras statuit, & ordinauit, vt nullus alienigena, seu alterius nationis, vel dominij Clericus, vel cuiusuis Ordinis Regularis, qui non esset de Ducatu, ditione, vel dominio huiusmodi oriundus, aut saltem verus, & actualis illarum incola cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis existeret, beneficia Ecclesiastica, sæcularia, vel cuiusuis Ordinis Regularia cum cura, vel sine cura quæcunque quotcunque, & qualiacunque forent ex tunc deinceps vigore litterarum quaruncunque gratiarum expectatiuarum sub quacunque verborum forma emanarent, acceptare, seu obtinere possit, nec ei ius aliquod acquireretur, ac decreuit locorum Archiepiscopos, Episcopos, necnon Monasteriorum Abbates pro tempore existentes, ac Conuentus eorundem, dictarum Eclesiarum

ſiarum Capitula, & quoſuis alios Ordinarios, obtentu prædictarum litterarum, ſub quauis verborum forma, & expreſſione, etiam cum ſpecifica, & indiuidua ſtatuti, & ordinationis huiuſmodi derogatione à Sede præfata, vel Legatis eiuſdem ex tunc in antea impetrandarum, & proceſſuum habendorum per eaſdem quaſuis cenſuras, & pœnas in ſe continentium ad receptionem alicuius, vel aliquorum ad beneficia huiuſmodi aduerſus ſtatutum, & ordinationem prædicta compelli minimè debere, ſeù poſſe, necnon cenſuræ proceſſus, & pœnæ huiuſmodi, etiamſi dictæ litteræ, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia emanarent minimè arctarent, ſed haberentur pro caſſis, irritis, & infectis, & ſucceſſiuè Innocentius VIII. litteras Sixti Prædeceſſoris huiuſmodi, ac omnia, & ſingula in eis contenta per alias ſuas litteras approbauit. Ac demum Iulius II. Romanus Pontifex Prædeceſſor noſter ſingulas Sixti, & Innocentij Prædeceſſorum litteras huiuſmodi ex certa ſcientia ſimiliter innouauit, & approbauit, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere debere decreuit. Quodquè illis per quaſcunque clauſulas etiam derogatoriarum derogatorias, ſeù fortiores, & inſolitas nullatenus derogatum eſſe cenſeretur, niſi illorum toto tenore, ac de verbo ad verbum, & nihil omiſſo inſerto, necnon de ſpeciali, & expreſſo præfati Caroli, & pro tempore exiſtentis Sabaudiæ Ducis conſenſu, eadem auctoritate decreuit, & nihilominus pro potiori cautela præmiſſa omnia de nouo ſtatuit, & ordinauit. Ac idem Iulius Prædeceſſor piæ memoriæ Bonifacij Papæ VIII. etiam Prædeceſſoris noſtri, qui quondam Amedeo Comiti Sabaudiæ tunc in humanis agenti per ſuas litteras indulſerat, vt nullus Delegatus, vel Subdelegatus ab eo executor, ſeù etiam Conſeruator à Sede prædicta deputatus poſſet in eius perſonam excommunicationis, & in terras ſuas interdicti ſententias promulgare ſine ſpeciali mandato Sedis eiuſdem faciente plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem, veſtigijs inhærendo Dilecto filio Nobili Viro Carolo Sabaudiæ Duci indulſerat, vt nullus Delegatus, ſeù Subdelegatus per litteras Apoſtolicas in ſuam, ac vxoris, & liberorum ſuorum perſonas excommunicationis ſententiam promulgare poſſet abſque eiuſdem Sedis ſpeciali faciente plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Quodque in locis Eccleſiaſtico interdicto, etiam cum huiuſmodi licentia ſuppoſitis, ſi eum ad illa declinare, vel in eis reſidere contingeret Miſſas, & alia Diuina Officia, etiam apertis ianuis Eccleſiarum Campanis pulſatis, & alta voce, excommunicatis tamen, &

interdictis exclusis celebrari, necnon Ecclesiastica Sacramenta, quæcunque alias tamen ritè sibi, & eisdem vxoris, & liberis ministrari facere, & illa suscipere, liberè, & licitè valeret, & valerent per alias suas litteras indulsit. Et sicut exhibita nobis nuper pro parte dicti Caroli Ducis petitio continebat, quamplura alia, & diuersa Priuilegia, concessiones, gratiæ, & indulta, tam per Romanos Pontifices, quàm Imperatores, & Reges dicto Duci concessa fuerunt, proùt in prædictis continentur, & alijs litteris Apostolicis, ac ipsorum Imperatorum, & Regum desuper respectiuè confectis litteris plenius dicitur contineri. Quare pro parte dicti Caroli Ducis nobis fuit humiliter supplicatum, vt singulis litteris prædictis, ac omnibus, & singulis alijs priuilegijs, concessionibus, gratijs, & indultis Duci, & nationi Sabaudiæ concessis pro illorum subsistentia firmiori, robur nostræ approbationis adijcere, ac aliàs in præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur qui præfatum Ducem, eius de Sede prædicta benemeritis id exigentibus, speciali dilectionis affectu ex visceribus charitatis prosequimur, huiusmodi supplicationibus inclinati, singulas litteras prædictas, & in eis contenta quæcumque, & quatenus sint in vsu omnia, & singula priuilegia, concessiones, gratias, & indulta, tàm per Romanos Pontifices, & quæ Sacris Canonibus non contraria, quæ per Imperatores, Regesque, Duci, & nationi Sabaudiæ concessa ex certa scientia, auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, renouamus, & confirmamus, ac perpetuæ firmitatis robur tenere, & inuiolabiliter obseruari decreuimus; supplentes omnes, & singulos defectus iuris, & facti si qui forsan interuenerunt in eisdem. Et nihilominus præmissa omnia, & singula proùt per prædictos prædecessores, Imperatores, & Reges concessa fuerunt de nouo concedimus, & indulgemus, ac statuimus, & ordinamus, quod illis, ac præsentibus litteris nullo vnquam tempore, etiam per Sedem eandem derogari posset, nec derogatum censeatur, nisi de toto tenore, & data præsentium plena, specifica, indiuidua, speciali, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio fiat, & ipsius Caroli, & pro tempore existentis Sabaudiæ Ducis expressus accedat assensus, & sic per quosuis Iudices, & Commissarios, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores in quibusuis causis, & instantijs iudicari, & deffiniri debere sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, & quicquid secus super ijs à quoquam quauis auctoritate scienter,

Confirmatio priuilegiorũ Duci, & nationi Sabaudiæ concessorum.

 vel

vel ignoranter contingeret attentari, irritum, & inane fore decernimus, & declaramus. Quo circa Venerabilibus fratribus Archiepiscopo Taurinensi, & Maurianensi, ac Bellicensi Episcopis, & eorum Vicarijs, seu Officialibus per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seù alios præsentes litteras, & in eis contenta quæcunque vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte dicti Caroli, & pro tempore existentis Sabaudiæ Ducis super hoc fueritis requisiti solemniter publicantes, ac eis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant auctoritate nostra litteras, priuilegia, concessiones, gratias, & indulta prædicta firmiter obseruari, ac ipsum Ducem illis pacificè gaudere non permittentes eum desuper per quoscunque quomodolibet indebitè molestari contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo; non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac omnibus illis, quæ in singulis litteris prædictis concessum fuit non obstare contrarijs, quibuscunque, aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Cæterum quia difficilè foret præsenres litteras ad singula, in quibus de eis fides forsan facienda foret posse deferri, volumus, & eadem auctoritate Apostolica decernimus, quod ipsarum transumptis manu publici Notarij subscriptis, & sigillo alicuius Prælati Ecclesiastici, vel personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, aut Curiæ Ecclesiasticæ munitæ in iudicio, & alibi vbi opus fuerit, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur eisdem præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, innouationis, confirmationis, Decreti, supletionis, concessionis, indulti, statuti, ordinationis, decreti, declarationis, mandati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo decimoquinto, decimo sexto Iunij, Pontificatus nostri anno tertio.

Deputatio executorum.

CLE-

Num. 4.

Indultum Clementis VII. confirmans priuilegia Nicolai V. & aliorum Pontifi. cum prædecessorum.

CLEMENS VII. Episcopus Seruus Seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Exposcit Apostolicæ sollicitudinis studium humeris nostris diuina clementia impositum, vt Prædecessorum nostrorum vestigijs inhærendo, cunctorum Catholicorum Principum, præsertim quorum fides, constantia, & deuotionis integritas in nostro, & Apostolicæ Sedis conspectu continuò splendere dignoscuntur, iurium, & priuilegiorum conseruationi intendentes, ea quæ per ipsos Prædecessores, & alias pro eorundem Principum prospero, & tranquillo, ac salubri statu prouida ratione concessa, ac etiam Apostolico munimine roborata comperimus, vt eo maiorem obtineant roboris firmitatem, quò frequentiori fuerint Sedis eiusdem fulcimento communita, etiam nostro munimine roboremus, & alias pro eorum obseruatione prouideamus proût in Domino salubriter conspicimus expedire. Dudum si quidem postquam felicis recordationis Nicolaus V. quondam Ludouico Sabaudiæ Duci tunc inhumanis agenti, ne ex promotione quorumuis, ad quarumcumque Ecclesiarum, vel Monasteriorum, infra districtum, sui temporalis dominij consistentium regimina, seù prouisionibus quibuslibet de quibusuis dignitatibus dispositioni Apostolicæ reseruatis inibi consistentibus, quibuscunque per eum faciendis, sui status ęederet dispendium, aut alia quæuis aduersitas intestina, præfatum Ducem per suas litteras certum reddiderat, & sibi promiserat, quod ipso, & dominio huiusmodi in integritate obedientiæ d. Sedis persistente, ad quarumcunq; Metropolitanarum, vel aliarum Cathedralium Ecclesiarum regimina, aut dignitates Abbatiales infra districtum prædictũ neminem præficeret, seù illis de quorumcumque personis non prouideret nisi habitis per eum prius intentione, & consensu ipsius Ducis de personis idoneis ad huiusmodi regimina, seu dignitates promouendis, vel de quorum personis tales prouisiones forent faciendæ, de alijs vero dignitatibus videlicet post Pontificales, maioribus, & Prioratibus Conuentualibus, ac alijs dispositioni Apostolicæ generaliter reseruatis in districtu præfato personis prouideret idoneis, non nisi forent de locis ditionis ipsius Ducis, aut sibi gratis, & acceptis de alijs locis oriunde. Præterea Prioratus Tallueriarum, Ripalliæ, & Noualitiæ, ac Præpositur̃æ Montisiouis, qui in confinibus huiusmodi dominij consistebant, si & cum illos vacare contigeret, nulli conferret, nisi similiter ab ipso Duce eius intentione habita de personis quibus forent faciendæ. Gratias autem expectatiuas, speciales reseruationes quaslibet, cum quibuslibet, quæ ex illis dependebant prouiden-

uidendi mandatis in diſtrictu prædicto perſonis dumtaxat, quæ locorum eiuſdem diſtrictus alienigenæ, vel extraneæ non forent, niſi forſan eiuſdem Ducis conſenſus alijs perſonis ſuper huiuſmodi gratijs obtinendis, ſuffragaretur concederet, quodque ſi forſan ex importunitate petentium, aut per præocupationem, ſeu alias inaduertenter per eum contra præmiſſa quaſuis prouiſiones, præfectiones, & collationes fieri, aut alias quicquam concedi contingeret, ſtatuerat, & decreuerat ea omnia vtpotè præter & contra mentem ſuam ab eo extorta, & quæcunque inde ſecuta, cum proceſſibus inde pro tempore habitis, quaſuis etiam in ſe cenſuras, & pœnas continentibus nullius fore roboris, vel momenti: ipſiſque proceſſibus minimè intendendum, ſeù parendum eſſe, nec cenſuras, & pœnas huiuſmodi quempiam arctare, ſed illas, & eoſdem proceſſus pœnitus haberi debere pro infectis. Et deinde Sixtus IV. per ſuas litteras ſtatuerat, & ordinauerat, vt nullus alienigena, ſeù alterius nationis, vel dominij Clericus, vel cuiuſuis Ordinis Regularis, qui non eſſet de Ducatu, ditione, vel dominio huiuſmodi oriundus, vel ſaltem verus, & actualis illorum incola cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis exiſteret, beneficia Eccleſiaſtica, ſæcularia, vel cuiuſcunque ordinis Regularia, cum cura, & ſine cura quæcumque cuiuſcumque quocumque, & qualiacumq; forent ex tunc deinceps vigore litterarum, quarumcumque gratiarum expectatiuarum, ſub quacumque verborum forma emanarent acceptare, ſeù obtinere poſſet, nec ei ius aliquod acquireretur, ac decreuerat locorum Archiepiſcopos, Epiſcopos, necnon Monaſteriorum Abbates pro tempore exiſtentes, ac Conuentus eorundem, dictarumque Eccleſiarum Capitula, & quoſuis alios Ordinarios obtentu prædictarum litterarum, ſub quauis verborum forma, & expreſſione, etiam cum ſpecifica, & indiuidua ſtatuti, & ordinationis huiuſmodi derogatione à Sede præfata, vel legatis eiuſdem extunc inantea impetrandarum, & proceſſuum habendorum per eaſdem quaſuis etiam cenſuras, & pœnas in ſe continentium, ad receptionem alicuius, vel aliquorum ad beneficia huiuſmodi aduerſus ſtatutum, & ordinationem prædicta, compelli minimè debere, ſeù poſſe: necnon cenſuræ proceſſus, & pœnæ huiuſmodi, etiam ſi dictæ litteræ, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia emanarent arctarent minimè, ſed haberentur pro caſſis, irritis, & infectis. Et ſucceſſiuè Innocentius VIII. litteras Sixti Prædeceſſoris huiuſmodi, ac omnia, & ſingula in eis contenta per alias ſuas litteras approbauerat. Ac poſtmodum Iulius II.

Romanus Pontifex Prædeceſſor noſter ſingulas Sixti, & Innocentij Prædeceſſorum litteras huiuſmodi ex certa ſcientia ſimiliter innouauerat, & approbauerat, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere debere, quodque illis per quaſcunque clauſulas etiam derogatoriarum derogatorias, ſeù fortiores, & inſolitas, nullatenus derogatum eſſe cenſeretur, niſi illorum toto tenore, ac de verbo ad verbum, & nil pœnitus ommiſſo inſerto, necnon ſpeciali, & expreſſo pro tempore exiſtentis Sabaudiæ Ducis conſenſu decreuerat; Et nihilominùs pro potiori cautela de nouo ſtatuerat, & ordinauerat; Ac idem Iulius Prædeceſſor piæ memoriæ Bonifacij Octaui etiam Prædeceſſoris noſtri, qui quondam Amedeo Comiti Sabaudiæ tunc in humanis agenti per ſuas litteras indulſerat, vt nullus Delegatus, vel Subdelegatus ab eo executor, ſeu etiam conſeruator à Sede præ dicta deputatus poſſet in eius perſonam excommunicationis, & in terras ſuas interdicti ſententias promulgare ſine ſpeciali mandato Sedis eiuſdem faciente plenam, & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem, veſtigijs inhærendo, dilecto filio nobili viro Carolo Sabaudiæ Duci, vt nullus Delegatus, vel Subdelegatus per litteras Apoſtolicas in ſuam, ac vxoris, & liberorum ſuorum perſonas excommunicationis ſententiam promulgare poſſet abſque eiuſdem Sedis ſpeciali mandato faciente plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Quodque in locis Eccleſiaſtico interdicto, etiam cum huiuſmodi licentia ſuppoſitis, ſi eum ad illa declinare, vel in eis reſidere contingeret, miſſas, & alia diuina officia, etiam apertis ianuis Eccleſiarum, campanis pulſatis, & alta voce, excommunicatis tamen, & interdictis excluſis celebrari, necnon Eccleſiaſtica Sacramenta, quæcunque aliàs tamen ritè ſibi, & eiſdem vxori, & liberis miniſtrari facere, & illa ſuſcipere liberè, & licitè valeret, & valerent, per alias ſuas litteras indulſerat: Recolendæ memoriæ Leo Papa X. ſimiliter Prædeceſſor noſter ſingulas prædictas, & in eis contenta quæcunque, ac omnia, & ſingula priuilegia, conceſſiones, gratias, indulta tam per Romanos Pontifices, & quæ ſacris Canonibus non contraria per Imperatores, & Reges Duci, & nationi Sabaudiæ conceſſa fuerant ex certa ſcientia per ſuas litteras approbauit, innouauit, & confirmauit, ac perpetuæ firmitatis robur tenere, & inuiolabiliter obſeruari decreuit, ſupplens omnes, & ſingulos iuris, & facti defectus, ſi qui forſan interuenerant in eiſdem, & nihilominùs præmiſſa, omnia, & ſingula proùt per dictos Prædeceſſores, Imperatores, & Reges conceſſa fuerant de nouo

con-

concessit, & indulsit, ac statuit, & ordinauit quod illis, & litteris suis prædictis nullo vnquam tempore per Sedem eandem derogari posset, nec derogatum censeretur, nisi de toto tenore, & Datâ litterarum Leonis Prędecessoris huiusmodi plena, & specifica, indiuidua specialis, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio fieret, & ipsius Caroli, ac pro tempore existentis Sabaudiæ Ducis expressus accederet assensus, & sic per quoscunque Iudices, Commissarios etiam causarum Palatij Apostolici Auditores in quibusuis causis, & instantijs iudicari, & diffiniri debere, sublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate: quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contingeret attentari irritum, & inane fore decreuit, & declarauit proùt in singulis litteris prædictis plenius continetur. Cum autem sicut exibita nobis nuper pro parte dicti Caroli Ducis petitio continebat, ipse cupiat præmissa omnia, & singula, vt illa vberiorem obtineant roboris firmitatem, etiam nostro Pręsidio communiri, pro parte eiusdem Caroli Ducis nobis fuit humiliter supplicatum, vt præmissis omnibus nostræ approbationis munimen adijcere, ac Ecclesias in præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur præfati Caroli Ducis, etiam eius fidei, & deuotionis illibatæ, quà erga nos, & Romanam Ecclesiam fulget constantia exigente, prosperum, & salubrem statum paterno zelantes affectu, huiusmodi supplicationibus inclinati singulas litteras singulorum prædecessorum huiusmodi, & in eis contenta quæcunque, ac omnia, & singula alia priuilegia, concessiones, gratias, & indulta, tam per Romanum Pontificem, quàm Sacris Canonibus non contraria per Imperatores, & Reges Duci, & nationi Sabaudiæ concessa ex certa scientia, Auctoritate Apostolica, tenore præsentium approbamus innouamus, & confirmamus, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere, & inuiolabiliter obseruari debere decernimus, supplentes omnes, & singulos iuris, & facti defectus, si qui forsan interuenerint in eisdem, & nihilominùs præmissa omnia, & singula proùt per dictos Prædecessores, & Imperatores, ac Reges concessa, indulta, statuta, ordinata, & decreta fuerunt de nouo concedimus, & indulgemus, ac statuimus, & ordinamus. Quodque illis, necnon prædictis, & præsentibus litteris nullo vnquam tempore etiam per Sedem Apostolicam per quascunque litteras Apostolicas, etiam quasuis clausulas generales, vel speciales, etiam implicitæ derogationis latissimè exten

tendendæ, ac etiam per quaſcunque litteras Apoſtolicas, etiam quaſcunque clauſulas, etiam derogatoriarum derogatorias efficaciores, & inſolitas, ac etiam irritantia decreta ſub quarumcunque verborum expreſſione in ſe continentes nullatenus derogari poſſit, nec derogatum cenſeatur, niſi de toto tenore, & Data præſentium, ſpecialis, ſpecifica, indiuidua, plena, & expreſſa, ac de verbo ad verbum, & nihil omiſſo non autem per clauſulas generales idem importantes mentio fiat, & expreſsè appareat Romanum Pontificem illis derogare voluiſſe, ac cauſa vrgens, & ſufficiens exprimatur, & huiuſmodi derogatio per trinas diſtinctas litteras earundem tenorem continentes Tribus ſimiliter diſtinctis vicibus præfato Carolo, & pro tempore exiſtenti Sabaudiæ Duci, intimata, & inſinuata fuerit, ipſiuſque Caroli, & pro tempore exiſtentis Sabaudiæ Ducis ad id expreſſus accedat aſſenſus, & aliter factæ derogationes, nemini ſuffragentur, necnon prouiſiones, præfectiones, collationes, acceptationes, & aliæ diſpoſitiones quæcunque in contrarium, etiam per nos, & Sedem præfatam pro tempore factæ, & faciendæ nullius roboris, vel momenti exiſtant, nec ius aliquod, vel etiam coloratum titulum poſſidendi tribuant, ipſeque Carolus, & pro tempore exiſtens Dux, ac perſonæ Ducatus, dominij, & ditionis prædictorum litteris derogationis, & decretis ſuper illis proceſſibus, ac illorum executoribus ſubexecutoribus, eorumque mandatis, & executoribus parere minimè teneantur, ſed eis firmiter reſiſtere, & litterarum huiuſmodi executionem omninò impedire, nec ratione reſiſtentiæ huiuſmodi cenſuris Eccleſiaſticis per eoſdē executores, & ſubexecutores innodari poſſint, & ſic per quoſcunque Iudices, & Commiſſarios etiam Cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac dictæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales in quibuſuis cauſis, & inſtantijs ſublata eis quauis alitèr iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & definiri debere. Ac quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcientèr, vel ignorantèr contigerit attentari, irritum, & inanè decernimus. Quo circa Venerabilibus Fratribus noſtris Auguſten. & Lauſanen. ac Bellicen. Epiſcopis per Apoſtolica ſcripta mandamus quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium, ſeù alios præſentes litteras, & in eis contenta quæcumque, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte dicti Caroli, & pro tempore exiſtentis Sabaudiæ Ducis ſuper hoc fuerint requiſiti ſolemnitèr publicantes, ac eis in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant auctoritate noſtra litteras, priuilegia, conceſſiones, gratia, & in-

dulta prædicta firmitèr obferuari, ac ipfum Carolum, & pro tempore exiftentem Subaudiæ Ducem, illis pacificè gaudere, non permittentes eum defuper per quofcumque cuiufcumque dignitatis, ftatus, gradus, auctoritatis, vel conditionis fuerint quomodolibet indebitè moleftari. Contradictores moleftatores quoslibet, & rebelles per cenfuras, & pœnas Ecclefiafticas appellatione poftpofita compefcendo, ac legitimis fuper his habendis feruatis proceffibus cenfuras, pœnas prædictas, quoties opus fuerit agrauãdo, inuocato etiã ad hoc fi opus fuerit, auxilio brachij fæcularis; non obftantibus cõftitutionibus, & ordinationibus Apoftolicis, ac omnibus illis quæ in fingulis litteris prædictis conceffum fuit non obftare contrarijs quibufcumque, aut fi aliquibus communitèr, vel diuifim ab eadẽ fit Sede indultum, quod interdici fufpendi, vel excommunicari non poffint per litteras Apoftolicas non facientes plenam, & expreffam, ac de verbo ad verbum de indulto huiufmodi mentionẽ. Cæterum quia difficile foret præfentes litteras ad fingula quæque loca in quibus de eis fides forfan facienda foret perferri, volumus, & eadem auctoritate Apoftolica decernimus, quod ipfarum tranfumptis manũ publici Notarij fubfcriptis, & figillo alicuius Prælati Ecclefiaftici, vel perfonæ in dignitate Ecclefiaftica conftitutæ, aut Curiæ Ecclefiafticæ munitis in Iudicio, & alibi opus fuerit, eadem prorsùs fides adhibeatur, quæ adhiberetur eifdem præfentibus fi forent exhibitæ, vel oftenfæ. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noftræ approbationis, innouationis, confirmationis, fuppletionis, conceffionis indulti, ftatuti, ordinationis, decreti, mandati, & voluntatis infringere, vel ei aufu temerario cõtraire. Si quis autem hoc attentare præfumpferit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoftolorum eius fe nonerit incurfurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ, millefimo quingentefimo vigefimo quarto, tertio decimo Februarij, Pontificatus noftri anno fecundo.

Simile Indultum Iulij III.

JVLIVS Tertius Epifcopus Seruus Seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Et fi ea quæ ab Apoftolica Sede pro tempore conceduntur perpetuam, roboris firmitatem obtineant non nunquam tamen Romanus Pontifex aliqua ex eis pro Catholicorum Principum profpero, & tranquillo, ac falubri ftatu prouida ratione conceffa, ac etiam dictæ Sedis approbatione munita dignofcuntur, vt eò maiorem roboris firmitatem obtineant quò frequentiori fuerint eiufdem Sedis munimine roborata de nouo approbat, & confirmat aliafque pro eorum obfer-

ſeruatione diſponit proût in Domino conſpicit ſalubritèr expedire. Dudum ſiquidem poſtquam felicis recordationis Nicolaus V. quondam Ludouico Sabaudiæ Duci tunc in humanis agenti, ne ex promotione quorumuis ad quaruncunque Eccleſiarum, vel Monaſteriorũm infra diſtrictum ſui temporalis dominij conſiſtentium regimina, ſeù prouiſionibus quibuslibet de quibuſuis dignitatibus diſpoſitioni Apoſtolicæ reſeruatis inibi conſiſtentibus quibuſcumque per eum faciendis ſui ſtatus cederet diſpendium, aut alia quæuis aduerſitas inteſtina, præfatum Ducem per ſuas litteras certum reddiderat, & ſibi promiſerat quod ipſo, & Dominio huiuſmodi in integritate obedientiæ dictæ Sedis perſiſtentibus, ad quarumcumque Metropolitanarum, vel aliarum Cathedralium, Eccleſiarum regimina, aut dignitates Abbatiales infra diſtrictum prædictum neminem præficeret, ſeù illis de quorumcumque perſonis non prouideret, niſi habitis prius per eũ intentione, & conſenſu ipſius Ducis de perſoni idoneis ad huiuſmodi regimina, ſeù dignitates prouidendis, uel de quarũ perſonis tales prouiſiones forent faciendæ. De alijs verò dignitatibus, videlicet poſt Pontificales maioribus, & Prioratibus Conuentualibus, ac alijs diſpoſitioni Apoſtolicæ qualitercumque reſeruatis in diſtrictu præfato perſonis prouideret idoneis, nonniſi forent de locis ditionis ipſius Ducis, aut ſibi gratis, & acceptis de alijs locis oriundæ. Præterea Prioratus Tallueriarum, Ripaliæ, & Noualitiæ, ac Præpoſituram Montiſiouis, qui in confinibus huiuſmodi dominij conſiſtebant, ſi & cum illos vacare contingeret, nulli conferret, niſi ſimilitèr ab ipſo Duce eius intentione habita de perſonis quibus forent faciendæ, gratias autem expectatiuas, ſpeciales reſeruationes quaslibet cum quibuslibet, quæ ex illis dependebant prouidendi mandatis, in diſtrictu prædicto perſonis dumtaxat, quæ locorum eiuſdem diſtrictus alienigenæ, vel extraneæ non forent, niſi forſan eiuſdem Ducis conſenſus alijs perſonis, ſuper huiuſmodi gratijs obtinendis ſuffragaretur, concederet, quodque ſi forſan ex importunitate petentiũ, aut per præoccupationem, ſeù aliàs inaduertentèr per eum contra præmiſſa quaſuis prouiſiones, præfectiones, & prælationes fieri, aut alias quicquam concedi contingeret, ſtatuerat, & decreuerat, ea omnia vtpotè præter, & contra mentem ſuam ab eo extorta, & quæcumque indè ſecuta, cum proceſſibus indè pro tempore habitis quaſuis etiam in ſe cenſuras, & pœnas continentibus, nullius fore roboris, vel momenti, ipſiſque proceſſibus minimè intendendum, ſeù parendum eſſe, nec cenſuras, & pœnas huiuſmo-

di quempiam arctare, ſed illas, & eoſdem proceſſus penitùs haberi debere pro infectis. Et Sixtus IV. per ſuas litteras ſtatuerat, & ordinauerat, vt nullus alienigena, ſeù alterius nationis, vel dominij, vel cuiuſuis Ordinis Regularis, qui non eſſet de Ducatu, ditione, vel dominio huiuſmodi oriundus, vel faltem verus, & actualis illorum incola, cuiuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis exiſteret, & beneficia Eccleſiaſtica, Sæcularia, vel cuiuſuis Ordinis Regularia cum cura, vel ſine cura quæcumque, quotcumque, & qualiacumque forent ex tunc deinceps vigore litterarum quarumcumque gratiarum expectatiuarum, quæ ſub quacumque verborum forma emanarent, acceptare, ſeù obtinere poſſet; nec ius aliquod acquireret, ac decreuerat locorum Archiepiſcopos, Epiſcopos, ac Monaſteriorum Abbates pro tempore exiſtentes, & Conuentus eorumdem, dictarum Eccleſiarum Capitula, & quoſuis alios Ordinarios, obtentu prædictarum litterarum ſub quauis verborum forma, & expreſſione, ac cum ſpecifica, & indiuidua ſtatuti, & ordinationis huiuſmodi derogatione à Sede prædicta, vel legatis eiuſdem ex tunc in antea impetrandarum, & proceſſuum habendorum per eaſdem, quaſuis etiam cenſuras, & pœnas in ſe continentium ad receptionem alicuius, vel aliquorum ab beneficia huiuſmodi aduerſus ſtatutum, & ordinationem prædicta compelli minimè debere, ſeù poſſe; necnon cenſuræ, ſeù proceſſus, & pœnæ huiuſmodi, etiam ſi dictæ litteræ motu proprio, & ex certa ſcientia emanarent, minimè arctarent, ſed haberentur pro caſſis, irritis, & infectis: & Innocentius VIII. litteras Sixti Prædeceſſoris huiuſmodi, ac omnia, & ſingula in eis contenta per alias ſuas litteras approbauerat, ac Iulius II. ſingulas Sixti, & Innocentij prædictorum litteras huiuſmodi ex certa ſcientia ſimilitèr innouauerat: & approbauerat, ac quod illæ perpetuæ firmitatis robur obtinere deberent, quod illis per quaſcumque clauſulas, etiam derogatoriarum derogatorias, ſeù fortiores, & inſolitas, nullatenùs derogatum eſſe cenſeretur, niſi illorum toto tenore de verbo ad verbum nihil penitùs omiſſo, inſerto, necnon de ſpeciali, & expreſſo pro tempore exiſtentis Sabaudiæ Ducis conſenſu decreuerat, & nihilominùs pro potiori cautelą de nouo ſtatuerat, & ordinauerat. Ac idem Iulius Prædeceſſor p.m. Bonifacij VIII. etiã Prædeceſſoris noſtri, qui quį Amedeo Comiti Sabaudiæ tunc in humanis Agenti per ſuas litteras indulſerat, vt nullus Delegatus, vel Subdelegatus ab eo executor, vel Subexecutor à Sede prædicta deputatus poſſet in perſonam excommunicationis, & in terras ſuas interdicti

ſen-

ſententias promulgare ſine ſpeciali mandato Sedis eiuſdem faciente plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem, veſtigijs inhærendo, quondam Carolo Sabaudiæ Duci tunc in humanis agenti, vt nullus Delegatus, vel Subdelegatus per litteras Apoſtolicas in ſuam, & vxoris, ac liberorum ſuorum perſonas excommunicationis ſententiam promulgare poſſet abſque eiuſdem Sedis ſpeciali licentia faciente plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Quodque in locis Eccleſiaſtico interdicto etiam cum huiuſmodi licentia ſuppoſitis, ſi cum ad illa declinare, vel in eis reſidere contingeret Miſſas, & alia Diuina Officia; etiam apertis ianuis Eccleſiarum, campanis pulſatis, & alta voce; excommunicatis tamen, & interdictis excluſis celebrari. Necnon Eccleſiaſtica Sacramenta, quæcunque aliàs tamen ritè ſibi, & eiuſdem vxori, & liberis miniſtrari facere, & illa ſuſcipere liberè & licitè valeret, & valerent per alias ſuas litteras indulſerat. Et recolendæ memoriæ Leo X. ſingulas litteras prædictas, & in eis contenta quæcunque, ac omnia, & ſingula priuilegia, conceſſiones, gratias, & indulta, quæ tàm per Romanos Pontifices, quàm Sacris Canonibus non contraria per Imperatores, & Reges, Duci, & nationi Sabaudiæ conceſſa fuerint ex certa ſcientia per ſuas litteras approbauerat, innouauerat, & confirmauerat, ac perpetuæ firmitatis robur tenere, & inuiolabilitèr obſeruari decreuerat, ſupplens omnes, & ſingulos iuris, & facti defectus, ſi qui forſan interuenerant in eiſdem. Et nihilominus præmiſſa omnia, & ſingula proùt per dictos Prædeceſſores, Imperatores, & Reges conceſſa fuerunt de nouo conceſſerat, & indulſerat, ac ſtatuerat, & ordinauerat, quod illis, & litteris ſuis prædictis nullo vnquam tempore per Sedem eandem derogari poſſet, nec derogatum cenſeretur, niſi de toto tenore, ac Datà litterarum Leonis prædeceſſoris huiuſmodi plena, ſpecifica, indiuidua, ſpecialis, & expreſſa, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio fieret, & ipſius Caroli, ac pro tempore exiſtentis Subaudiæ Ducis expreſſus accederet aſſenſus. Et ſic per quoſcunque Iudices, & Commiſſarios etiam Palatij Apoſtolici cauſarum Auditores in quibuſuis cauſis, & inſtantijs iudicari, & diffiniri debere, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis alitèr iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate. Et ſi ſecus ſuper his attentari contingeret, irritum, & inane decreuerat, & declarauerat. Similis memoriæ Clemens VII. Romanus Pontifex Prædeceſſor noſter, ſingulas litteras ſingulorum Præde-

 ceſ-

cessorum huiusmodi, & in eis contenta quæcunque, ac omnia, & singula priuilegia, concessiones, gratias, & indulta, tàm per Romanos Pontifices, quàm Sac. Canonibus non contraria per Imperatores, & Reges Duci, & nationi Subaudiæ concessa ex certa scientia per suas litteras approbauit, ac confirmauit, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere, & inuiolabilitèr obseruari debere decreuit supplens omnes, & singulos iuris, & facti defectus, si qui forsan interuenerint in eisdem. Et nihilominus præmissa omnia, & singula prout per dictos Prædecessores Imperatores, & Reges concessa, indulta, statuta, ordinata, & decreta fuerant, de nouo concessit, & indulsit, ac statuit, & ordinauit, quod illis, & prædictis, ac litteris suis nullo vnquam tempore per Sedem eandem, etiam per quascumque litteras, etiam quasuis generales, vel speciales etiam implicitè latissimè extendendas, aut alias etiam derogatoriarum derogatorias efficaciores, & insolitas clausulas, ac etiam irritantia decreta sub quacumque verborum expressione in se continentes, nullatenùs derogari posset, nec derogatum censeretur, nisi de toto tenore, ac Data litterarum Clementis Prædecessoris huiusmodi specialis specifica, indiuidua, plena, & expressa, ac de verbo ad verbũ nihil omisso, non autem per clausulas generales idẽ importantes mentio fieret, & expresse appareret Rom. Pontif. illis derogare voluisse, ac causa vrgens, & sufficiens exprimeretur, & huiusmodi derogatio per trinas distinctas litteras eumdem tenorem continentes tribus distinctis vicibus præfato Carolo, & pro tempore existenti Sabaudię Duci intimata, & insinuata esset, ipsiusque Caroli, & pro tempore existentis Sabaudiæ Ducis ad id expressus accederet assensus, & aliter factæ derogationes nemini suffragarentur, necnon promissiones, præfectiones, collationes, acceptationes, & aliæ dispositiones quęcumque in contrarium, etiam per Clementem prædecessorem, & Sedem prædictam pro tempore factæ, nullius roboris, vel momenti forent, nec aliquod ius, vel etiam coloratum titulum possidendi tribuerent, ipseque Carolus, & pro tempore existens Dux, ac personæ Ducatus, dominij, & ditionis huiusmodi litteris derogatorijs, & decretis super illis processibus, ac illorum executoribus, eorumque mandatis, & executionibus parere minimè tenerentur, sed ijs firmiter resistere, & litterarum huiusmodi executionem omninò impedire, nec ratione resistentiæ huiusmodi censuris Ecclesiasticis per eosdem executores, & sub executores innodari possent, & sic per quoscunque iudicari, & diffiniri debere, ac si secus super ijs contingeret attentari irritum, & inane fore de-

decreuit, & declarauit prout in ſingulis litteris prædictis plenius continetur. Cum autem ſicut exhibita nobis nuper pro parte Dilecti filij Nobilis viri Emanuelis Philiberti Sabaudiæ Ducis petitio continebat ipſe, qui dicti Caroli Ducis natus exiſtit, cupiat præmiſſa omnia, & ſingula, vt vberiorem obtineant roboris firmitatem, etiam noſtræ approbationis munimine roborari pro parte eiuſdem Emanuelis Philiberti Ducis nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt præmiſſis omnibus noſtræ approbationis robur adiicere, & aliàs in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremus. Nos igitur prædictis Emanuelis Philiberti Ducis, id eius fidei,& deuotionis illibatæ qua erga nos & Romanam Eccleſiam fulget conſtantia exigente proſperum, & ſalubrem ſtatum paterno zelantes affectu, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati ſingulas litteras Prædeceſſorũ huiuſmodi,& in eis contenta quæcunque,ac omnia, & ſingula priuilegia,conceſſiones,gratias, & indulta, tàm per Romanos Pontifices,quàm Sacris Canonibus non contraria per Imperatores, & Reges Duci,& nationi Sabaudiæ conceſſa auctoritate Apoſtolica tenore præſentiũ,ex certa ſciẽtia approbamus,& cõfirmamus ac perpetuæ firmitatis robur obtinere,& inuiolabiliter obſeruari debere decernimus,ſupplentes omnes,& ſingulos iuris, & facti defectus ſi qui forſàn interuerint in eiſdem. Et pro potiori cautela præmiſſa omnia, & ſingula proùt per prædeceſſores, & Imperatores,ac Reges prædictos conceſſa,indulta, ſtatuta,ordinata,& decreta fuerint de nouo concedimus,indulgemus,ſtatuimus,ordinamus,& decernimus,ac volumus etiam & decernimus, quod illis,necnon prædictis, & præſentibus litteris nullo vnquã tempore,etiam per Sedem eandem aliaſq; vt præfertur derogari,aut derogatum eſſe cenſeri poſſit, & quod aliter factæ derogationes nemini ſuffragentur, prouiſioneſq; præfectiones, collationes,acceptationes, & aliæ diſpoſitiones quæcumq; in contrarium etiam per nos,& Sedem præfatam pro tempore factæ nullius roboris,vel momenti exiſtant,nec aliquod ius, vel coloratũ titulum poſſidendi tribuant,ipſeq;Emanuel Philibertus, & pro tempore exiſtens Dux, & perſonæ Ducatus, dominij, & ditionis prædictorum litteris derogatoriis, & decretis ſuper illis proceſſibus,ac illorum executoribus,& ſubexecutoribus,eorumque mãdatis, & executionibus parere minimè teneantur,ſed his firmiter reſiſtere,& litterarum huiuſmodi executionem impedire, nec ratione reſiſtentiæ huiuſmodi cenſuris Eccleſiaſticis per eoſdem executores, & ſubſecutores innodari poſſint, & ſic per

quoſ-

quoscunque Iudices,& Commissarios quauis auctoritate fungẽtes,etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales in quibusuis causis, & instantiis sublata eis,& eorum cuilibet quauis aliter iudicandi,& interpretãdi facultate,& auctoritate, iudicari, & deffiniri debeat,ac irritum,& inane existat,quicquid secus super iis à quoquam quauis auctoritate,scienter,vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca venerabilibus fratribus nostris Augustensi, & Niciensi, ac Astensi Episcopis per Apostolica scripta mandamus, quatenùs ipsi,vel duo,aùt vnus eorum per se,vel alium, seù alios præsentes litteras,& in eis contenta quæcunq;vbi, & quando opus fuerit,ac quoties pro parte d.Emanuelis Philiberti,ac pro tempore existentis Sabaudiæ Ducis super hoc fuerint requisiti solemniter publicantes,ac eis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant auctoritate nostra,litteras,priuilegia, concessiones gratias,& indulta prædicta firmiter obseruari, ac ipsum Emanuelem Philibertum, & pro tempore existentem Sabaudiæ Ducem illis pacificè frui,& gaudere; non permittẽtes eum desuper per quoscunque cuiuscunque dignitatis, status, gradus,auctoritatis, vel conditionis fuerint quomodolibet indebitè molestari.Contradictores,molestatores,ac rebelles quoslibet per cẽsuras, & pœnas Ecclesiasticas appellatione postposita compescendo,ac legitimè super iis habendis seruatis processibus,censuras, & pœnas prædictas, quoties opus fuerit aggrauando.Inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij Sæcularis. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac omnibus illis, quæ in singulis litteris prædictis concessum fuit non obstare contrariis quibuscunq;aut si aliquibus communitèr vel diuisim ab eadem sit Sede indultum,quod interdici,suspendi,vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam,& expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Cæterum quia difficilè foret præsentes litteras ad singula quæque loca in quibus de eis fides forsan facienda erit perferri, volumus, & eadem Apostolica auctoritate decernimus,quod ipsorum transumptis manu Notarij publici subscriptis,& sigillo alicuius Prælati Ecclesiastici, vel personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ,aùt Curiæ Ecclesiasticæ munitis,in iudicio,& alibi vbi opus fuerit, eadem prorsùs fides adhibeatur, quæ adhiberetur eisdem præsentibus, si forent exhibitæ,vel ostensæ. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, confirmationis,decretorum concessionis, indulti,statuti,ordinationis, voluntatis,& mandati,infrin-

frin-

ſtringere, vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, Milleſimo quingenteſimo quinquageſimo quarto ſexto Id. Octobris. Pontificatus noſtri anno quinto.

GREGORIVS XIII. Epiſc. Seruus Seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Diuina diſponente Eccleſia ſuper vniuerſos Chriſtiani Orbis Principes meritis licet imparibus conſtituti, circa ea, quæ pro ſalubri, & quieto dominiorum quorumlibet ſtatu, & ſtabilitate terrarum Principibus præſertim de fide Catholica Republica Chriſtiana, & Sede Apoſtolica benemeritis conceſſa reperiuntur, vt illa eo firmius illibata perſiſtant quò ſæpiùs fuerint ipſius Sedis auctoritate munita, & ii quibus illa conceſſa reperiuntur pacifica illorum poſſeſſione gaudentes eorum ſolita erga eandem Sedem deuotione feruentiùs perſeuerent, Paſtoralis officij noſtri partes cùm à nobis petitur libenter impertimur. Sanè exhibita nobis nuper pro parte Dilecti filij Nobilis Viri Em. Philiberti Sabaudiæ Ducis petitio cõtinebat quòd aliàs poſtquã felicis rec. Nicolaus Papa V. prædeceſſor noſter bonæ mem. Ludouico Sabaudiæ Duci tunc in humanis agenti, ne ex promotione quorumuis ad quaruncumq; Eccleſiarum, vel Monaſteriorum infrà diſtrictum ſui temporalis dominii conſiſtentium regimina, ſeù prouiſionibus quibuslibet de quibuſuis dignitatibus diſpoſitioni Apoſtolicæ reſeruatis inibi conſiſtentibus quibuſcumq; per d. prædeceſſorem faciendis ſtatui ſuo proueniret diſpendium, aùt alia quæuis aduerſitas inteſtina, præfatum Ducem certum per ſuas litteras reddiderat, & ſibi promiſerat, quod ipſo & dominio huiuſmodi in integritate obedientiæ præfatæ Sedis perſiſtentibus ad quarumcumq; Metropolitanarum, vel aliarum Cathedralium Eccleſiarum regimina, aùt dignitates Abbatiales infra diſtrictum prædictum neminem præficeret, ſeù illis de quarumcumq; perſonis non prouideret, niſi habitis priùs per eum intentione, & conſenſu ipſius Ludouici Ducis de perſonis idoneis ad regimina, ſeù dignitates Abbatiales huiuſmodi promouendis, vel de quarum perſonis tales prouiſiones forent faciendę, de aliis verò dignitatibus, videlicet poſt Pontificales maioribus, & Prioratibus Conuentualibus, ac aliis eidem diſpoſitioni reſeruatis in diſtrictu prædicto conſiſtentibus perſonis prouideret idoneis de locis tamen ipſius Ludouici Ducis ditionis, aùt ſibi gratis, & acceptis de aliis locis oriundis. Præterea

Confirmatio priuilegiorũ facta à Gregorio XIII. ad fauorem Emanuelis Philiberti Ducis Sabaudiæ.

dulta prædicta firmitèr obseruari, ac ipsum Carolum, & pro tempore existentem Subaudiæ Ducem, illis pacificè gaudere, non permittentes eum desuper per quoscumque cuiuscumque dignitatis, status, gradus, auctoritatis, vel conditionis fuerint quomodolibet indebitè molestari. Contradictores molestatores quoslibet, & rebelles per censuras, & pœnas Ecclesiasticas appellatione postposita compescendo, ac legitimis super his habendis seruatis processibus censuras, pœnas prædictas, quoties opus fuerit agrauãdo, inuocato etiã ad hoc si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis; non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac omnibus illis quæ in singulis litteris prædictis concessum fuit non obstare contrarijs quibuscumque, aut si aliquibus communitèr, vel diuisim ab eadẽ sit Sede Indultum, quod interdici suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionẽ. Cæterum quia difficile foret præsentes litteras ad singula quæque loca in quibus de eis fides forsan facienda foret perferri, volumus, & eadem auctoritate Apostolica decernimus, quod ipsarum transumptis manù publici Notarij subscriptis, & sigillo alicuius Prælati Ecclesiastici, vel personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, aut Curiæ Ecclesiasticæ munitis in Iudicio, & alibi opus fuerit, eadem prorsùs fides adhibeatur, quæ adhiberetur eisdem præsentibus si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, innouationis, confirmationis, suppletionis, concessionis indulti, statuti, ordinationis, decreti, mandati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario cõtraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo vigesimo quarto, tertio decimo Februarij, Pontificatus nostri anno secundo.

Simile Indultum Iulij III.

JVLIVS Tertius Episcopus Seruus Seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Et si ea quæ ab Apostolica Sede pro tempore conceduntur perpetuam, roboris firmitatem obtineant non nunquam tamen Romanus Pontifex aliqua ex eis pro Catholicorum Principum prospero, & tranquillo, ac salubri statu prouida ratione concessa, ac etiam dictæ Sedis approbatione munita dignoscuntur, vt eò maiorem roboris firmitatem obtineant quò frequentiori fuerint eiusdem Sedis munimine roborata de nouo approbat, & confirmat, aliasque pro eorum obser-

ſeruatione diſponit proût in Domino conſpicit ſalubritèr expedire. Dudum ſiquidem poſtquam felicis recordationis Nicolaus V. quondam Ludouico Sabaudiæ Duci tunc in humanis agenti, ne ex promotione quorumuis ad quaruncunque Eccleſiarum, vel Monaſteriorum infra diſtrictum ſui temporalis dominij conſiſtentium regimina, ſeù prouiſionibus quibuslibet de quibuſuis dignitatibus diſpoſitioni Apoſtolicæ reſeruatis inibi conſiſtentibus quibuſcumque per eum faciendis ſui ſtatus cederet diſpendium, aut alia quæuis aduerſitas inteſtina, præfatum Ducem per ſuas litteras certum reddiderat, & ſibi promiſerat quod ipſo, & Dominio huiuſmodi in integritate obedientiæ dictæ Sedis perſiſtentibus, ad quarumcumque Metropolitanarum, vel aliarum Cathedralium, Eccleſiarum regimina, aut dignitates Abbatiales infra diſtrictum prædictum neminem præficeret, ſeù illis de quorumcumque perſonis non prouideret, niſi habitis prius per eũ intentione, & conſenſu ipſius Ducis de perſoni idoneis ad huiuſmodi regimina, ſeù dignitates prouidendis, uel de quarũ perſonis tales prouiſiones forent faciendæ. De alijs verò dignitatibus, videlicet poſt Pontificales maioribus, & Prioratibus Conuentualibus, ac alijs diſpoſitioni Apoſtolicæ qualitercumque reſeruatis in diſtrictu præfato perſonis prouideret idoneis, nonniſi forent de locis ditionis ipſius Ducis, aut ſibi gratis, & acceptis de alijs locis oriundæ. Præterea Prioratus Tallueriarum, Ripaliæ, & Noualitiæ, ac Præpoſituram Montiſiouis, qui in confinibus huiuſmodi dominij conſiſtebant, ſi & cum illos vacare contingeret, nulli conferret, niſi ſimilitèr ab ipſo Duce eius intentione habita de perſonis quibus forent faciendæ, gratias autem expectatiuas, ſpeciales reſeruationes quaslibet cum quibuslibet, quæ ex illis dependebant prouidendi mandatis, in diſtrictu prædicto perſonis dumtaxat, quæ locorum eiuſdem diſtrictus alienigenæ, vel extraneæ non forent, niſi forſan eiuſdem Ducis conſenſus alijs perſonis, ſuper huiuſmodi gratijs obtinendis ſuffragaretur, concederet, quodque ſi forſan ex importunitate petentiũ, aut per præoccupationem, ſeù aliàs inaduertentèr per eum contra præmiſſa quaſuis prouiſiones, præfectiones, & prælationes fieri, aut alias quicquam concedi contingeret, ſtatuerat, & decreuerat, ea omnia vtpotè præter, & contra mentem ſuam ab eo extorta, & quæcumque indè ſecuta, cum proceſſibus indè pro tempore habitis quaſuis etiam in ſe cenſuras, & pœnas continentibus, nullius fore roboris, vel momenti, ipſiſque proceſſibus minimè intendendum, ſeù parendum eſſe, nec cenſuras, & pœnas huiuſmo-

di quemplam arctare, sed illas, & eosdem processus penitùs haberi debere pro infectis. Et Sixtus IV. per suas litteras statuerat, & ordinauerat, vt nullus alienigena, seù alterius nationis, vel dominij, vel cuiusuis Ordinis Regularis, qui non esset de Ducatu, ditione, vel dominio huiusmodi oriundus, vel saltem verus, & actualis illorum incola, cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis existeret, & beneficia Ecclesiastica, Sæcularia, vel cuiusuis Ordinis Regularia cum cura, vel sine cura quæcumque, quotcumque, & qualiacumque forent ex tunc deinceps vigore litterarum quarumcumque gratiarum expectatiuarum, quæ sub quacumque verborum forma emanarent, acceptare, seù obtinere posset, nec ius aliquod acquireret, ac decreuerat locorum Archiepiscopos, Episcopos, ac Monasteriorum Abbates pro tempore existentes, & Conuentus eorumdem, dictarum Ecclesiarum Capitula, & quosuis alios Ordinarios, obtentu prædictarum litterarum sub quauis verborum forma, & expressione, ac cum specifica, & indiuidua statuti, & ordinationis huiusmodi derogatione à Sede prædicta, vel legatis eiusdem ex tunc in antea impetrandarum, & processuum habendorum per easdem, quasuis etiam censuras, & pœnas in se continentium ad receptionem alicuius, vel aliquorum ab beneficia huiusmodi aduersus statutum, & ordinationem prędicta compelli minimè debere, seù posse; necnon censuræ, seù processus, & pœnæ huiusmodi, etiam si dictæ litteræ motu proprio, & ex certa scientia emanarent, minimè arctarent, sed haberentur pro cassis, irritis, & infectis: & Innocentius VIII. litteras Sixti Prædecessoris huiusmodi, ac omnia, & singula in eis contenta per alias suas litteras approbauerat, ac Iulius II. singulas Sixti, & Innocentij prædictorum litteras huiusmodi ex certa scientia similitèr innouauerat: & approbauerat, ac quod illæ perpetuæ firmitatis robur obtinere deberent, quod illis per quascumque clausulas, etiam derogatoriarum derogatorias, seù fortiores, & insolitas, nullatenùs derogatum esse censeretur, nisi illorum toto tenore de verbo ad verbum nihil penitùs omisso, inserto, necnon de speciali, & expresso pro tempore existentis Sabaudiæ Ducis consensu decreuerat, & nihilominùs pro potiori cautela de nouo statuerat, & ordinauerat. Ac idem Iulius Prædecessor p.m. Bonifacij VIII. etiā Prædecessoris nostri, qui quondam Amedeo Comiti Sabaudiæ tunc inhumanis Agenti per suas litteras indulserat, vt nullus Delegatus, vel Subdelegatus ab eo executor, vel Subexecutor à Sede prædicta deputatus posset in personam excommunicationis, & in terras suas interdicti

 seu-

ſententias promulgare ſine ſpeciali mandato Sedis eiuſdem faciente plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem, veſtigijs inhærendo, quondam Carolo Sabaudiæ Duci tunc in humanis agenti, vt nullus Delegatus, vel Subdelegatus per litteras Apoſtolicas in ſuam, & vxoris, ac liberorum ſuorum perſonas excommunicationis ſententiam promulgare poſſet abſque eiuſdem Sedis ſpeciali licentia faciente plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Quodque in locis Eccleſiaſtico interdicto etiam cum huiuſmodi licentia ſuppoſitis, ſi cum ad illa declinare, vel in eis reſidere contingeret Miſſas, & alia Diuina Officia, etiam apertis ianuis Eccleſiarum, campanis pulſatis, & alta voce, excommunicatis tamen, & interdictis excluſis celebrari. Necnon Eccleſiaſtica Sacramenta, quæcunquæ aliàs tamen ritè ſibi, & eiuſdem vxori, & liberis miniſtrari facere, & illa ſuſcipere liberè & licitè valeret, & valerent per alias ſuas litteras indulſerat. Et recolendæ memoriæ Leo X. ſingulas litteras prædictas, & in eis contenta quæcunque, ac omnia, & ſingula priuilegia, conceſſiones, gratias, & indulta, quæ tàm per Romanos Pontifices, quàm Sacris Canonibus non contraria per Imperatores, & Reges, Duci, & nationi Sabaudiæ conceſſa fuerint ex certa ſcientia per ſuas litteras approbauerat, innouauerat, & confirmauerat, ac perpetuæ firmitatis robur tenere, & inuiolabilitèr obſeruari decreuerat, ſupplens omnes, & ſingulos iuris, & facti defectus, ſi qui forſan interuenerant in eiſdem. Et nihilominus præmiſſa omnia, & ſingula proût per dictos Prædeceſſores, Imperatores, & Reges conceſſa fuerunt de nouo conceſſerat, & indulſerat, ac ſtatuerat, & ordinauerat, quod illis, & litteris ſuis prædictis nullo vnquam tempore per Sedem eandem derogari poſſet, nec derogatum cenſeretur, niſi de toto tenore, ac Datà litterarum Leonis prædeceſſoris huiuſmodi plena, ſpecifica, indiuidua, ſpecialis, & expreſſa, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio fieret, & ipſius Caroli, ac pro tempore exiſtentis Subaudiæ Ducis expreſſus accederet aſſenſus. Et ſic per quoſcunque Iudices, & Commiſſarios etiam Palatij Apoſtolici cauſarum Auditores in quibuſuis cauſis, & inſtantijs iudicari, & diffiniri debere, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis alitèr iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate. Et ſi ſecus ſuper his attentari contingeret, irritum, & inane decreuerat, & declarauerat. Similis memoriæ Clemens VII. Romanus Pontifex Prædeceſſor noſter, ſingulas litteras ſingulorum Prædeceſ-

ceſſorum huiuſmodi, & in eis contenta quæcunque, ac omnia,& ſingula priuilegia, conceſſiones, gratias, & indulta, tàm per Romanos Pontifices, quàm Sac. Canonibus non contraria per Imperatores, & Rege Duci, & nationi Subaudiæ conceſſa ex certa ſcientia per ſuas litteras approbauit, ac confirmauit, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere, & inuiolabilitèr obſeruari debere decreuit ſupplens omnes, & ſingulos iuris, & facti defectus, ſi qui forſan interuenerint in eiſdem. Et nihilominus præmiſſa omnia, & ſingula prout per dictos Prædeceſſores Imperatores, & Reges conceſſa, indulta, ſtatuta, ordinata, & decreta fuerant, de nouo conceſſit, & indulſit, ac ſtatuit, & ordinauit, quod illis, & prædictis, ac litteris ſuis nullo vnquam tempore per Sedem eandem, etiam per quaſcumque litteras, etiam quaſuis generales, vel ſpeciales etiam implicitè latiſſimè extendendas, aut alias etiam derogatoriarum derogatorias efficaciores, & inſolitas clauſulas, ac etiam irritantia decreta ſub quacumque verborum expreſſione in ſe continentes, nullatenùs derogari poſſet, nec derogatum cenſeretur, niſi de toto tenore, ac Data litterarum Clementis Prædeceſſoris huiuſmodi ſpecialis ſpecifica, indiuidua, plena, & expreſſa, ac de verbo ad verbū nihil omiſſo, non autem per clauſulas generales idē importantes mentio fieret, & expreſsè appareret Rom. Pontif. illis derogare voluiſſe, ac cauſa vrgens, & ſufficiens exprimeretur, & huiuſmodi derogatio per trinas diſtinctas litteras eumdem tenorem continentes tribus diſtinctis vicibus præfato Carolo, & pro tempore exiſtenti Sabaudię Duci intimata, & inſinuata eſſet, ipſiuſque Caroli, & pro tempore exiſtentis Sabaudiæ Ducis ad id expreſſus accederet aſſenſus, & aliter factæ derogationes nemini ſuffragarentur, necnon promiſſiones, præfectiones, collationes, acceptationes, & aliæ diſpoſitiones quęcumque in contrarium, etiam per Clementem prædeceſſorem, & Sedem prædictam pro tempore factæ, nullius roboris, vel momenti forent, nec aliquod ius, vel etiam coloratum titulum poſſidendi tribuerent, ipſeque Carolus, & pro tempore exiſtens Dux, ac perſonæ Ducatus, dominij, & ditionis huiuſmodi litteris derogatorijs, & decretis ſuper illis proceſſibus, ac illorum executoribus, eorumque mandatis, & executionibus parere minimè tenerentur, ſed ijs firmiter reſiſtere, & litterarum huiuſmodi executionem omninò impedire, nec ratione reſiſtentiæ huiuſmodi cenſuris Eccleſiaſticis per eoſdem executores, & ſub executores innodari poſſent, & ſic per quoſcunque iudicari, & diffiniri debere, ac ſi ſecus ſuper ijs contingeret attentari irritum, & inane fore de-

decreuit, & declarauit prout in singulis litteris prædictis plenius continetur. Cum autem sicut exhibita nobis nuper pro parte Dilecti filij Nobilis viri Emanuelis Philiberti Sabaudiæ Ducis petitio continebat ipse, qui dicti Caroli Ducis natus existit, cupiat præmissa omnia, & singula, vt vberiorem obtineant roboris firmitatem, etiam nostræ approbationis munimine roborari pro parte eiusdem Emanuelis Philiberti Ducis nobis fuit humiliter supplicatum, vt præmissis omnibus nostræ approbationis robur adiicere, & aliàs in præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremus. Nos igitur prædictis Emanuelis Philiberti Ducis, id eius fidei, & deuotionis illibatæ qua erga nos & Romanam Ecclesiam fulget constantia exigente prosperum, & salubrem statum paterno zelantes affectu, huiusmodi supplicationibus inclinati singulas litteras Prædecessorũ huiusmodi, & in eis contenta quæcunque, ac omnia, & singula priuilegia, concessiones, gratias, & indulta, tàm per Romanos Pontifices, quàm Sacris Canonibus non contraria per Imperatores, & Reges Duci, & nationi Sabaudiæ concessa auctoritate Apostolica tenore præsentiũ, ex certa sciẽtia approbamus, & cõfirmamus ac perpetuæ firmitatis robur obtinere, & inuiolabiliter obseruari debere decernimus, supplentes omnes, & singulos iuris, & facti defectus si qui forsàn interuerint in eisdem. Et pro potiori cautela præmissa omnia, & singula prout per prædecessores, & Imperatores, ac Reges prædictos concessa, indulta, statuta, ordinata, & decreta fuerint de nouo concedimus, indulgemus, statuimus, ordinamus, & decernimus, ac volumus etiam & decernimus, quod illis, necnon prædictis, & præsentibus litteris nullo vnquã tempore, etiam per Sedem eandem aliasq; vt præfertur derogari, aut derogatum esse censeri possit, & quod aliter factæ derogationes nemini suffragentur, prouisionesq; præfectiones, collationes, acceptationes, & aliæ dispositiones quæcumq; in contrarium etiam per nos, & Sedem præfatam pro tempore factæ nullius roboris, vel momenti existant, nec aliquod ius, vel coloratũ titulum possidendi tribuant, ipseq; Emanuel Philibertus, & pro tempore existens Dux, & personæ Ducatus, dominij, & ditionis prædictorum litteris derogatoriis, & decretis super illis processibus, ac illorum executoribus, & subexecutoribus, eorumque mãdatis, & executionibus parere minimè teneantur, sed his firmiter resistere, & litterarum huiusmodi executionem impedire, nec ratione resistentiæ huiusmodi censuris Ecclesiasticis per eosdem executores, & subsecutores innodari possint, & sic per

quos-

quoscunque Iudices,& Commissarios quauis auctoritate fungentes,etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales in quibusuis causis, & instantiis sublata eis,& eorum cuilibet quauis aliter iudicandi,& interpretandi facultate,& auctoritate, iudicari, & deffiniri debeat,ac irritum,& inane existat,quicquid secus super iis à quoquam quauis auctoritate, scienter,vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca venerabilibus fratribus nostris Augustensi, & Niciensi, ac Astensi Episcopis per Apostolica scripta mandamus, quatenùs ipsi,vel duo,aût vnus eorum per se,vel alium, seù alios præsentes litteras,& in eis contenta quæcunq;vbi, & quando opus fuerit,ac quoties pro parte d.Emanuelis Philiberti,ac pro tempore existentis Sabaudiæ Ducis super hoc fuerint requisiti solemniter publicantes,ac eis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant auctoritate nostra,litteras,priuilegia, concessiones gratias,& indulta prædicta firmiter obseruari, ac ipsum Emanuelem Philibertum, & pro tempore existentem Sabaudiæ Ducem illis pacificè frui,& gaudere; non permittẽtes eum desuper per quoscunque cuiuscunque dignitatis, status, gradus,auctoritatis, vel conditionis fuerint quomodolibet indebitè molestari.Contradictores,molestatores,ac rebelles quoslibet per cẽsuras, & pœnas Ecclesiasticas appellatione postposita compescendo,ac legitimè super iis habendis seruatis processibus,censuras, & pœnas prædictas, quoties opus fuerit aggrauando.Inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij Sæcularis. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac omnibus illis, quæ in singulis litteris prædictis concessum fuit non obstare contrariis quibuscunq;aut si aliquibus communitèr vel diuisim ab eadem sit Sede indultum,quod interdici,suspendi,vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam,& expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Cæterum quia difficilè foret præsentes litteras ad singula quæque loca in quibus de eis fides forsan facienda erit perferri, volumus, & eadem Apostolica auctoritate decernimus,quod ipsorum transumptis manu Notarij publici subscriptis,& sigillo alicuius Prælati Ecclesiastici, vel personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ,aût Curiæ Ecclesiasticæ munitis,in iudicio,& alibi vbi opus fuerit, eadem prorsùs fides adhibeatur, quæ adhiberetur eisdem præsentibus, si forent exhibitæ,vel ostensæ Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, confirmationis,decretorum concessionis, indulti,statuti,ordinationis, voluntatis,& mandati,infrin-

fringere, vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo quinquagesimo quarto sexto Id. Octobris, Pontificatus nostri anno quinto.

GREGORIVS XIII. Episc. Seruus Seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Diuina disponente Ecclesia super vniuersos Christiani Orbis Principes meritis licet imparibus constituti, circa ea, quæ pro salubri, & quieto dominiorum quorumlibet statu, & stabilitate terrarum Principibus præsertim de fide Catholica, Republica Christiana, & Sede Apostolica benemeritis concessa reperiuntur, vt illa eò firmiùs illibata persistant quò sæpiùs fuerint ipsius Sedis auctoritate munita, & ii quibus illa concessa reperiuntur pacifica illorum possessione gaudentes eorum solita erga eandem Sedem deuotione feruentiùs perseuerent, Pastoralis officij nostri partes cùm à nobis petitur libenter impertimur. Sanè exhibita nobis nuper pro parte Dilecti filij Nobilis Viri Em. Philiberti Sabaudię Ducis petitio cōtinebat quòd aliàs postquā felicis rec. Nicolaus Papa V. prædecessor noster bonæ mem. Ludouico Sabaudiæ Duci tunc in humanis agenti, ne ex promotione quorumuis ad quaruncumq; Ecclesiarum, vel Monasteriorum infrà districtum sui temporalis dominii consistentium regimina, seù prouisionibus quibuslibet de quibusuis dignitatibus dispositioni Apostolicæ reseruatis inibi consistentibus quibuscumq; per d. prædecessorem faciendis statui suo proueniret dispendium, aût alia quæuis aduersitas intestina, præfatum Ducem certum per suas litteras reddiderat, & sibi promiserat, quod ipso & dominio huiusmodi in integritate obedientiæ præfatæ Sedis persistentibus ad quarumcumq; Metropolitanarum, vel aliarum Cathedralium Ecclesiarum regimina, aût dignitates Abbatiales infra districtum prædictum neminem præficeret, seù illis de quarumcumq; personis non prouideret, nisi habitis priùs per eum intentione, & consensu ipsius Ludouici Ducis de personis idoneis ad regimina, seù dignitates Abbatiales huiusmodi promouendis, vel de quarum personis tales prouisiones forent faciendę, de aliis verò dignitatibus, videlicet post Pontificales maioribus, & Prioratibus Conuentualibus, ac aliis eidem dispositioni reseruatis in districtu prædicto consistentibus personis prouideret idoneis de locis tamen ipsius Ludouici Ducis ditionis, aût sibi gratis, & acceptis de aliis locis oriundis. Prætereà

Confirmatio priuilegiorū facta à Gregorio XIII. ad fauorem Emanuelis Philiberti Ducis Sabaudiæ.

Prioratus Tallueriarum, Ripaliæ.& Noualitiæ, ac Præposituram Montisiouis, qui in confinibus huiusmodi dominij consistebant, si,& cum illos vacare contingeret, nulli conferre, nisi similiter ab, ipso Ludouico Duce eius intentione habita de personis quibus collationes huiusmodi forent faciendæ: gratias autem expectatiuas, & speciales reseruationes quaslibet cum quibuis quæ ex illis dependebant prouidendi mandatis in districtu prædicto personis dumtaxat, quæ locorum eiusdem districtus alienigenæ, vel extraneæ non forent, nisi forsan eiusdem Ludouici Ducis consensus aliis Personis super huiusmodi gratijs obtinendis suffragaretur, concederet. Quodque si forsan ex importunitate petentium, aut per præoccupationem, seù aliàs inaduertenter per eundem Prædecessorem contra præmissa, quasuis prouisiones, præfectiones, & prælationes fieri, aut alias quicquam concedi contingeret, statuerat, & decreuerat, ea omnia, vtpotè præter, & contra mentem suam ab eo extorta, & quæcumque indè secuta, cum processibus indè pro tempore habitis, quasuis etiam in se censuras, & pœnas continentibus nullius fore roboris, vel momenti, ipsisque processibus minimè intendendum, seù parendum esse, nec censuras, & pœnas huiusmodi quempiam arctare, sed illas, & eosdem processus penitus haberi debere pro infectis. Piæ memoriæ Sixtus Papa IV. & Prædecessor noster per suas litteras statuit, & ordinauit, quod nullus alienigena, seù alterius nationis, vel dominij, aut cuiusuis Ordinis Regularis, qui non esset de Ducatu, ditione, vel dominio huiusmodi oriundus, vel saltem verus, & actualis illorum incola, cuiuscumque dignitatis, status, gradus, vel conditionis existeret beneficia Ecclesiastica Sæcularia, vel cuiusuis Ordinis Regularia cum cura, & sine cura quæcumque, quotcumque, aut qualiacumque forent, ex tunc deinceps vigore litterarum quarumcumque gratiarum expectatiuarum, quæ sub quacumque verborum forma emanarent, acceptare, seù obtinere, nec ius aliquod acquirere posset, ac decreuit locorum Archiepiscopos, & Episcopos, ac Monasteriorum Abbates pro tempore existentes, & Conuentus eorundem, dictarumque Ecclesiarum Capitula, & quosuis alios ordinarios prætextu litterarum huiusmodi sub quauis verborum forma, & expressione, aut cum specifica, & indiuidua statuti, & ordinationis huiusmodi derogatione à Sede prædicta, vel Legatis eiusdem, ex tunc in antea impetrandarum, & processuum habendorum per easdem, & quasuis censuras, & pœnas in se continentium ad receptionem alicuius, vel aliquorum ad beneficia prædicta aduersus statu-

tum,

tum, & ordinationem huiusmodi compelli minimè debere, seu posse. Quodque censuræ processus, & pœnæ huiusmodi, & si dictæ litteræ motu proprio, & ex certa scientia emanarent, minimè arctarent, sed haberentur pro cassis, irritis, & infectis. Et deindè recolendæ memoriæ Innocentius Papa VIII. similiter Prædecessor noster litteras Sixti Prædecessoris huiusmodi, ac omnia, & singula in eis contenta per alias suas litteras approbauit, necnon successiuè Sanctæ memoriæ Iulius Papa II., & Prædecessor noster, singulas Sixti, & Innocentij Prædecessorum litteras huiusmodi ex certa scientia innouauit, & approbauit, decernens, quod illæ perpetuæ firmitatis robur obtinere deberent. Quodque illis per quascunque litteras, & quasuis etiam derogatoriarum derogatorias, seù fortiores, & insolitas clausulas in se continentes nullatenus derogatum esse censeretur, nisi illorum toto tenore de verbo ad verbum, nihil penitus omisso inserto, necnon de speciali, & expresso pro tempore existentis Sabaudiæ Ducis consensu, & nihilominus pro potiori cautela præmissa omnia de nouo statuit, & ordinauit. Ipseque Iulius Prędecessor similis memoriæ Bonifacij Papæ VIII. & Prædecessoris nostri, qui bonæ memoriæ Amedeo Comiti Sabaudiæ, tunc in humanis agenti per suas litteras indulserat, vt nullus Delegatus, vel Subdelegatus executor, vel subexecutor à Sede prædicta deputatus, posset in personam ipsius Amedei Comitis excõmunicationis, & in eius terras interdicti sententias promulgare sine speciali mandato Sedis eiusdem faciente plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem vestigijs inhærendo, quond. Carolo Sabaudiæ Duci similiter tunc in humanis agenti, vt nullus Delegatus, vel Subdelegatus per litteras Apostolicas in suam, & vxoris, ac liberorum suorum personas excommunicationis sententiam promulgare posset, absque eiusdem Sedis speciali licentia faciente plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Quodque in locis Ecclesiastico interdicto, & cum huiusmodi licentia suppositis, si eum ad illa declinare, vel in eis residere contingeret, Missas, & alia Diuina Officia, & apertis ianuis Ecclesiarum, & campanis pulsatis, ac alta voce; excommunicatis tamen, & interdictis exclusis, celebrari: necnon Ecclesiastica Sacramenta quæcunque alias tamen ritè sibi, & eiusdem vxori, ac liberis ministrari facere, & illa suscipere liberè, & licitè valeret, & valerent per alias suas litteras indulsit. Et demum recolendæ memoriæ Leo Papa X. Prædecessor noster singulas litteras prædictas, & in eis contenta quæcunque, ac omnia, & singu-

la priuilegia, concessiones, gratias, & indulta, quæ tam per Romanos Pontifices, quàm Sacris Canonibus non contraria per Imperatores, & Reges pro tempore existenti Duci, & Nationi Subaudiæ concessa fuerant ex certa scientia per suas litteras approbauit, innouauit, & confirmauit, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere, & inuiolabiliter obseruari debere decreuit, supplens omnes, & singulos iuris, & facti defectus si qui forsan interuenissent in eisdem, & nihilominùs præmissa omnia, & singula, prout per dictos Prædecessores, & Reges concessa, indulta, statuta, & ordinata fuerunt, de nouo concessit, indulsit, statuit, & ordinauit. Decernens illis, & litteris suis præfatis nullo vnquam tempore per Sedem eandem derogari posse, nec derogatum censeri, nisi de toto tenore, & Data litterarum Leonis Prædecessoris huiusmodi plena, specifica, indiuidua, specialis, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio fieret, & ipsius Caroli, ac pro tempore existentis Sabaudiæ Ducis, expresſus ad id accederet aſsensus, & sic per quoscunque Iudices, & Commiſsarios, & Causarum Palatij Apostolici Auditores, in quibusuis causis, & instantijs sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri, debere; irritum quoque, & inane quicquid secus super ijs à quoquam, quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contingeret attentari. Et subsequenter similis memoriæ Clemens Papa VII. & Prædeceſsor noster singulas litteras singulorum Prædeceſsorum huiusmodi, & in eis contenta quæcunque, ac omnia, & singula priuilegia, concessiones, gratias, & indulta, tàm per Romanos Pontifices, quàm Sacris Canonibus non contraria per Imperatores, & Reges Duci, & nationi Sabaudiæ huiusmodi conceſsa ex certa scientia per suas litteras approbauit, & confirmauit, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere, & inuiolabiliter obseruari decreuit, supplens omnes, & singulos iuris, & facti defectus si qui forsan interueniſsent in eisdem, & nihilominus præmiſsa omnia prout per dictos Prædeceſsores, Imperatores, ac Reges conceſsa, indulta, statuta, ordinata, & decreta fuerant de nouo concessit, indulsit, ac statuit, & ordinauit. Decernens quoq; illis, & prædictis litteris nullo vnquam tempore per Sedem eamdem, & per quascunque litteras, & quasuis generales, vel speciales etiam implicitè latiſſimè extendendas, aut alias, & derogatoriarum derogatorias, efficaciores, & insolitas clausulas, ac etiam irritantia decreta sub quacumque verborum expressione in se continentes nullatenus derogari poſse, nec de-

derogatum censeri, nisi de toto tenore, & Data litterarum Clementis Prædecessoris huiusmodi, specialis, specifica, indiuidua, plena, & expressa, ac de verbo ad verbum nihil omisso, non autem per clausulas generales idem importantes mentio fieret, & expressè appareret Romanum Pontificem illis derogare voluisse, ac causa vrgens, & sufficiens exprimeretur, & huiusmodi per trinas distinctas litteras eundem tenorem continentes, tribus distinctis vicibus præfato Carolo, & pro tempore existenti Sabaudiæ Duci intimata, & insinuata esset, ipsiusq; Caroli, & pro tempore existen. Sabaudiæ Ducis ad id expressus accederet assensus, & aliter factas derogationes nemini suffragari: Necnon quascunque præfectiones, prouisiones, collationes, acceptationes, & alias dispositiones in contrarium, & per Clementem Prædecessorem, & Sedem huiusmodi pro tempore factas, nullius roboris, vel momenti fore, vel aliquod ius, vel etiam coloratum titulum possidendi tribuere, ac Carolum, & pro tempore existentem Ducem, necnon personas Ducatus, dominij, & ditionis huiusmodi litteris derogatorijs, & decretis super illis processibus, ac illorum executoribus eorumque mandatis, & executionibus parere minimè teneri, sed his firmiter resistere, ac litterarum huiusmodi executionem omninò impedire, nec ratione resistentiæ huiusmodi censuris Ecclesiasticis, per eosdem executores, & subexecutores innodari posse, & sic per quoscunque iudicari, & diffiniri debere, irritum quoq; & inane, si secus super ijs à quoquam contingeret attentari. Et postremò similis memoriæ Iulius Papa III. & Prædecessor noster per suas litteras præmissa confirmauit, prout in singulis litteris præfatis pleniùs dicitur contineri. Quare pro parte eiusdem Emanuelis Philiberti Ducis, qui vt asserit, dicti Caroli Ducis natus existit, nobis fuit humiliter supplicatum quatenus præmissis omnibus, & singulis pro firmiori illorum subsistentia, & nostræ approbationis robur adijcere, & aliàs in præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur eundem Emanuelem Philibertum Ducem non minoribus, quam Prædecessores nostri antecessores suos prosequuti fuerunt, fauoribus, & gratijs prosequi cupientes, eumque à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa, latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absoluentes, & absolutum fore censentes, necnon

sin-

singularum litterarum prædictarum tenores præsentibus pro expressis habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati singulas prædecessorum huiusmodi litteras, & in eis contenta quæcunque, ac omnia, & singula priuilegia, concessiones, gratias, & indulta tam per Romanos Pontifices, quam Sacris Canonibus non contraria per Imperatores, & Reges Duci, & nationi Sabaudiæ huiusmodi cõcessa auctoritate Apostolica tenore præsentiũ approbamus, & confirmamus, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere inuiolabiliter obseruari debere, sicque per quoscunq; Iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungentes, & causarum Palatij Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales in quibusuis causis, & instantijs, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere, necnon si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus: Quocirca Venerabilibus fratribus nostris Archiepiscopo Taurinen. & Augusten. ac Nicien. Episcopis per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, aut duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios præsentes litteras, & in eis contenta, quæcunque, vbi, & quando opus fuerit, ac quotiès pro parte Emanuelis Philiberti Ducis, & successorum suorum fuerint requisiti sollemniter publicantes eis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra Emanuelem Philibertum Ducem, & successores suos præfatos, ac eorum singulos nostris approbatione, confirmatione, & decreto præfatis pacificè frui, & gaudere. Non permittentes eos, vel eorum aliquem, ac desuper per quoscunque quomodolibet indebitè molestari. Contradictores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, & pœnas ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia appellatione postposita compescendo, legitimisque super his habendis seruatis processibus, sententias, censuras, & pœnas ipsas, & iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij sæcularis. Non obstantibus recol: memor: Bonifacij Papæ VIIJ. similiter Prædecessoris nostri, qua cauetur, ne quis extra suam Ciuitatem, vel Diœcesim, nisi in certis exceptis casibus, & in illis vltra vnam dietam à fine suæ Diœcesis ad iudicium euocetur, seu ne Iudices à Sede præfata deputati extra Ciuitatem, vel Diœcesim in quibus deputati fuerint contra quoscunque procedere, aut alij, vel alijs vices suas committere quoquomodo præsumant, & de duabus dietis in Concilio generali edita, ac alijs constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis,

cis,

cis, necnon omnibus illis, quæ in singulis litteris præfatis expressum fuit non obstare contrarijs quibuscunque, aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadẽ sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apost. non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbũ de indulto huiusmodi mentionem. Volumus autem quod pręsentium transumptis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ, aut Curiæ Ecclesiasticæ munitis, in iudicio, & alibi vbi opus fuerit eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberentur si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, approbationis, confirmationis, decreti, mandati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręsumpserit indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo septuagesimo secundo, pridie Idus Decembris, Pontificatus nostri anno primo.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

DEcet Romanum Pontificem ea quæ à Prædecessoribus suis Romanis Pontificibus, Personis illustribus de Sede Apostolica benemeritis, præsertim Ducali dignitate fulgentibus, gratiosè concessa noscuntur, approbare, & confirmare, aliasque desuper disponere, prout conspicit in Domino salubriter expedire. Sanè exhibita nobis nuper pro parte dilecti filij Caroli Emanuelis Sabaudiæ Ducis Illustris petitio continebat, quod aliàs postquam fœl. record. Nicolaus Papa V. Prædecessor noster bo: me: Ludouico Sabaudiæ Duci, tunc in humanis agenti, ne ex promotione quorumuis ad quarumcunque Ecclesiarum, vel Monasteriorum infra districtum sui temporalis dominij consistentium regimina, seu prouisionibus quibuslibet, de quibusuis dignitatibus dispositioni Apostolicæ reseruatis inibi consistentibus quibuscunque per dictum Prædecessorem faciendis statui suo proueniret dispendium, aut alia quęuis aduersitas intestina præfatum Ducem certum per suas litteras reddiderat, & sibi promiserat quod ipso, & dominio huiusmodi in integritate obedientiæ Sedis Apostolicæ persistentibus, ad quarumcunque Metro-

Vltima priuilegiorum confirmatio facta à Clemen. VIII. sub die 19. Junij. 1595. anno 4.

tro-

tropolitanarum, vel aliarum Cathedralium Ecclesiarum regimina, aut dignitates Abbatiales infra dictum districtum neminem præficeret, seu illis de quibuscunque personis non prouideret, nisi habitis prius per eum intentione, & consensu ipsius Ludouici Ducis, de personis idoneis ad regimina, seu dignitates Abbatiales huiusmodi promouendis, vel de quarum personis tales prouisiones forent faciendæ. De alijs verò dignitatibus, videlicet post Pontificales maioribus, & Prioratibus Conuentualibus, ac alijs eidem dispositioni reseruatis in districtu prædicto consistentibus personis prouideret idoneis, de locis tamen ipsius Ludouici Ducis ditionis, aut sibi gratis, & acceptis, de alijs locis oriundis. Præterea Prioratus Tallueriarum, Ripaliæ, & Noualitiæ, ac Præposituram Montisiouis, qui in confinibus dominij huiusmodi existebant, si & cum illos vacare contingeret, nulli conferret, nisi similiter ab ipso Ludouico Duce eius intentione habita de personis quibus collationes huiusmodi forent faciendæ: Gratias autem expectatiuas, speciales reseruationes quaslibet cum quibusuis, quæ ex illis dependebant prouidendi mandatis in districtu prædicto personis dumtaxat, quæ locorum eiusdem districtus alienigenæ, vel extraneæ non forent, nisi forsan eiusdem Ludouici Ducis consensus, alijs personis super huiusmodi gratijs obtinendis suffragaretur, concederet. Quodque si forsan ex importunitate petentium, aut per præoccupationem, seu alias inaduertenter per eundem Prædecessorem contra præmissa, quasuis præfectiones, & prælationes fieri, aut alias quicquam concedi contingeret, statuerat, & decreuerat, ea omnia vtpotè præter, & contra mentem suam ab eo extorta, & quæcunque inde secuta cum processibus inde pro tempore habitis, quasuis etiam in se censuras, & pœnas continentibus nullius fore roboris, & momenti. Ipsisque processibus minimè intendendum, seu parendum esse, nec censuras, & pœnas huiusmodi quempiam arctare, sed illas, & eosdem processus penitus haberi debere pro infectis. Piæ memoriæ Sixtus Papa IV. etiam prædecessor noster per suas litteras statuit, & ordinauit, quod nullus alienigena, seu alterius nationis, vel dominij, aut cuiuscuis Ordinis Regularis, qui non esset de Ducatu, ditione, vel dominio huiusmodi oriundus, vel saltem verus, & actualis illorum incola cuiuscunque dignitatis, status, gradus, vel conditionis existeret, Sæcularia, vel cuiusuis Ordinis Regularia, cum cura, & sine cura quæcunque, quotcunque, & qualiacunque forent beneficia, ex tunc deinceps vigore litterarum quarumcunque gratiarum expectatiuarum, quæ sub quacunque verborum forma

ma emanarent, acceptare, seu obtinere, nec ius aliquod acquirere posset, decreuitque locorum Archiepiscopos, Episcopos, necnon Monasteriorum Abbates pro tempore existentes, ac Conuentus eorundem, dictarumque Ecclesiarum Capitula, & quosuis alios Ordinarios, prætextu litterarum huiusmodi sub quauis verborum forma, & expressione, ac cum specifica, & indiuidua Statuti, & Ordinationis huiusmodi derogatione à Sede præfata, vel eius Legatis ex tunc in antea impetrandarum, & Processuum habendorum per easdem quasuis censuras, & pœnas in se continentium, ad receptionem alicuius, vel aliquorum ad Beneficia præfata aduersùs Statutum, & Ordinationem huiusmodi compelli minimè debere, seu posse. Quodque censuræ Processus, & pœnæ huiusmodi, etiamsi dictæ litteræ Motu proprio, & ex certa scientia emanarent minimè arctarent, sed haberentur pro cassis, infectis, & irritis. Et deinde recol.mem. Innocentius Papa VIII. similiter Prædecessor noster, litteras Sixti Prædecessoris huiusmodi, ac omnia, & singula in eis contenta per alias suas litteras approbauit. Necnon successiuè fan. mem. Julius Papa II. etiam Prædecessor noster Prædecessorum suorum litteras huiusmodi ex certa scientia similiter innouauit, & approbauit, decernens quod illæ perpetuæ firmitatis robur obtinere deberent. Quod illis per quascunque litteras etiam quasuis derogatoriarum derogatorias, seu fortiores, & insolitas clausulas in se continentes nullatenus derogatum esse censeretur, nisi illorum toto tenore de verbo ad verbum nihil penitus omisso inserto, nec de speciali, & expresso pro tempore existentis Ducis Sabaudiæ consensu, & nihilominus pro potiori cautela præmissa omnia de nouo statuit, & ordinauit, idemque Julius Prædecessor similis memor. Bonifacij Papæ VIIJ. pariter Prædecessoris nostri qui bon.mem. Amedeo Comiti Sabaudiæ tunc similiter in humanis agenti per suas litteras indulserat, vt nullus Delegatus, vel Subdelegatus, Executor, aut Subexecutor à Sede præfata deputatus posset in personam ipsius Amedei Comitis excommunicationis, & in eius terras interdicti Sententias promulgare sine speciali mandato eiusdem Sedis, faciente plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, vestigijs inhærendo qu. Carolo Sabaudiæ Duci, & tunc in humanis agenti, vt nullus Delegatus, vel Subdelegatus per litteras Apostolicas in suam, & vxoris, ac liberorum suorum personas excommunicationis Sententiam promulgare posset absque eius-

dem Sedis speciali licentia, faciente plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Quodque in locis Ecclesiastico interdicto etiam cum huiusmodi licentia suppositis, si eum ad illa declinare, vel in eis residere contingeret, Missas, & alia Diuina Officia, etiam apertis ianuis Ecclesiarum, & campanis pulsatis, ac alta voce; excommunicatis tamen, & interdictis exclusis celebrari, necnon Ecclesiastica Sacramenta quæcumque, aliàs tamen ritè sibi, & eius vxori, ac liberis ministrari facere, illaque suscipere liberè, & licitè valeret, & valerent per alias suas litteras indulsit, & demum piæ mem. Leo Papa X. etiam Prædecessor noster singulas litteras præfatas, & in eis contenta quæcumque, necnon omnia, & singula priuilegia, concessiones, gratias, & indulta, quæ tam per Romanos Pontifices, quàm Sacris Canonibus non contraria per Imperatores, & Reges pro tempore existenti Duci, & Nationi Sabaudiæ concessa fuerant, ex certa scientia per suas litteras similiter approbauit, confirmauit, & innouauit, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere, & inuiolabiliter obseruari debere decreuit, supplens omnes, & singulos Iuris, & facti defectus, qui forsan interuenissent in eisdem. Et nihilominus præmissa omnia, & singula, prout per dictos Prædecessores, Imperatores, & Reges concessa, indulta, statuta, & ordinata extiterant de nouo concessit, indulsit, statuit, & ordinauit. Decernens illis, & litteris suis prædictis nullo vnquam tempore per Sedem eandem derogari posse, nec derogatum censeri, nisi de toto tenore, & Data litterarum Leonis Prædecessoris huiusmodi plena, specifica, indiuidua, specialis, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio fieret, & ipsius Caroli, ac pro tempore existentis Sabaudiæ Ducis expressus ad id accederet assensus, sic per quoscunque Iudices, & Commissarios, etiam Palatij Apostolici Auditores in quibusuis casibus, & instantijs sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere, irritum quoque, & inane quicquid secus super his à quoquam, quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Subsequenter similis me. Clemens Papa VII. etiam Prædecessor noster singulas litteras singulorum prædictorum, ac in eis contenta quæcunque, necnon omnia, & singula priuilegia, concessiones, gratias, & indulta, tam per Romanos Pontifices, quàm etiam dictis Sac. Canonibus minimè contraria per Imperatores, & Reges Duci, ac Nationi Sabaudiæ huiusmodi concessa ex certa scientia per suas literas appro-

probauit, & confirmauit, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere, & inuiolabiliter obseruari debere etiam decreuit, supplens omnes, & singulos Iuris, & facti defectus, si qui forsan interuenissent in eisdem. Et nihilominus præmissa omnia prout per dd. Prædecessores, ac Reges concessa, indulta, statuta, ordinata, & decreta fuerunt de nouo concessit, indulsit, ac statuit, & ordinauit, decernens quoq; illis, & prædictis litteris nullo vnquam tempore per Sedem eandem per quascunq; litteras, & quasuis generales, vel speciales, & implicitè latissimè extendendas, aut alias derogatoriarum derogatorias efficacioresq; & insolitas clausulas, ac etiam irritantia decreta sub quacunque verborum expressione in se continentes nullatenus derogari posse nec derogatum censeri, nisi de toto tenore, & data litterarum ipsius Clementis Prædecessoris specialis specifica, indiuidua, plena, & expressa, ac de verbo ad verbum nihil omisso, non autem per clausulas generales idem importantes mentio fieret, & expresse appareret Romanum Pontificem illis derogare voluisse, aut causa vrgens, & sufficiens exprimeretur, ac huiusmodi derogatio per trinas distinctas litteras eundem tenorem continentes tribus distinctis vicibus prædicto Carolo, ac pro tempore existenti Sabaudiæ Duci, esset intimata, & insinuata, ipsiusque Caroli, & pro tempore existentis Sabaudiæ Ducis ad id expressus accederet assensus, & aliter factas derogationes nemini suffragari, necnon quascunque præfectiones, prouisiones, collationes, acceptationes, & alias dispositiones in contrarium, & per dictum Clementem prædecessorem, & Sedem huiusmodi pro tempore factas nullius roboris, vel momenti fore, nec aliquod ius, vel etiam coloratum titulum possidendi tribuere, ac Carolum & pro tempore existentem Ducem, necnon personas Ducatus, dominij, & ditionis huiusmodi pro tempore factas litteris derogatorijs, & decretis super illis processibus, ac illorum executoribus, eorumque mandatis, & executionibus parere minimè teneri, sed illis firmiter resistere, ac litterarum earundem executionem omninò impedire, nec ratione resistentiæ huiusmodi censuris Ecclesiasticis per eosdem executores, & subexecutores innodari posse, & sic per quoscunque iudicari, & diffiniri debere, ac irritum decernens, & inane si secus super his à quoquam contigerit attentari. Demum similis memoriæ Iulius Papa III. & Prædecessor noster per suas litteras præmissa confirmauit. Nouissimè autem, & postremò bonæ memoriæ Gregorius Papa XIII. etiam prædecessor noster singulas prædictorum prædecessorum litteras, & in eis contenta quæcunque, ac omnia, & singula priuilegia, concessio-

cessiones, gratias,& Indulta, tàm per Romanos Pontifices, quàm Sacris Canonibus minimè contraria per Imperatores, & Reges Duci, ac nationi Sabaudiæ huiusmodi concessa etiam confirmauit, & approbauit, ac etiam irritum, & inane decreuit quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, prout in singulis litteris prædictis plenius dicitur contineri. Nos igitur attendentes sincerum deuotionis affectum, quem idem Dilectus filius Carolus Emanuel modernus Sabaudiæ Dux Illustris erga nos,& Romanam gerit Ecclesiam; eiusque illibatam fidei constantiam promereri, vt eum specialis gratiæ fauore prosequamur, ipsumque Carolum Emanuelem Ducem à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis interdictis, sententijs, censuris,& pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, & causa latis si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectũ præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutum fore censentes, suis in hac parte porrectis nobis supplicationibus inclinati supradictorum Prædecessorum litteras, & in eis contenta quæcunque, necnon omnia,& singula priuilegia, concessiones, gratias,& indulta, tàm per quoscunque Romanos Pontifices, quàm in dictis Sacris Canonibus minimè contraria per Imperatores,& Reges etiam quoscunque Duci, & nationi Sabaudiæ huiusmodi concessa, Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuò confirmamus, & approbamus illisque plenariæ, & inuiolabilis Apostolicæ firmitatis robur adijcimus necnon omnes, & singulos, tàm iuris, quàm facti defectus si qui forsan interuenissent in eisdem supplemus, necnon ita per quoscunque Iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungentes etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, aut quosuis alios in quibuscunque causis, & instantijs, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate,& auctoritate iudicari, diffiniri,& interpretari debere, necnon irritum decernimus, & inane quicquid secus super his à quoquam, quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis necnon omnibus illis alijs, quæ in litteris singulis suppositis concessa sunt non obstare Cæterisque contrarijs quibuscunque. Datum Romæ apud Sanctum Marcum sub annulo Piscatoris die decima nona Iunij anno millesimo quingentesimo nonagesimo quinto. Pontificatus nostri anno quarto.

Al Signor Cardinal Aldobrandini.

Torino 31. Luglio 1595.

Si è inteso quà per diuerse vie, che Nostro Signore *habbi conferita la Badia di San Saluto al Signor Cardinal Pepoli*, il Serenissimo Sign. Duca non hauendone hauuto auuiso dal suo Ambasciatore, hà mandato ad intendere da me se ne sapeuo cosa alcuna; Hò risposto che da V.S. Illustrissima non haueuo inteso altro; ma che haueuo ben hauute lettere dal Sig. Cardinal di Piacenza con questo auuiso, ricercandomi à mandarle la nota dell'entrate di detta Badia. *S. A. mi hà mandato hoggi il Segretario Bossieu da Riuoli à dirmi, che non essende parso bene à Sua Santità di conferirla in V.S. Illustrissima, ò nel Sig. Cardinal Toledo, doueua almeno sperare di ottenerla per qualche suo benemerito seruitore, pretendendo massimamente, che per la confermatione vltima de' suoi Priuilegij, li Vescouati, e queste Abbadie non si possono dare senza la sua nominazione, mà che in ogni caso per le cause, che mi dirà à bocca non è per consentir mai à dare il possesso al Sig. Cardinal Pepoli, hauendomi con questa occasione rinouate le solite lamentazioni di esser poco fortunato in hauer grazie da Sua Beatitudine*; In vltimo mi hà fatto dire, che per non hauere à dispiacere à Sua Santità desideraua, che il Titolo si dasse ad vn figliuolo del Signor Ripa suo primo Segretario con 300. scudi d'oro di Pensione al Sig. Cardinal Pepoli, presupponendo S. A., che la Badia non vaglia più che 500. à 600. scudi d'oro, se bene per li conti, che sono stati dati à me arriua a ottocento di moneta: E perche S. A., e la Serenissima Infanta desiderano, che Sua Santità sappia l'affettione, che portano à questo Ministro, non posso lasciar di dirle, che questo è il primo assolutamente, che tengono, passando per mano sua tutti i suoi negozij, & il qual certo io hò trouato sempre molto disposto nel seruizio di Nostro Signore. Il figliolo medesimamente per il quale si domanda la grazia è alunno de' Giesuiti, e mostra buonissima inclinazione alle lettere, & alli costumi.

Num. 5. Litteræ Nuncii Taurinen. super Abbatia collata à Clemente VIII. Cardinali Pepolo cõtra Ducis cõsensum, nõ dum elapso mense ab vltima priuilegiorum cõfirmatione. vt in præsenti Summario nu. 34. litt. B.

Al medemo.

Torino 4. Settembre 1595.

Ha fatto gran forza il Segretario Ripa, che concedendo S. A. il possesso al Sig. Cardinal Pepoli, s'assicurasse almeno, che il Titolo si renunciasse al figlio, e bisogna scusarlo, perche è Padre; ma

Num. 6. Traditur possessio Abbatiæ Cardinali Pepulo.

ma S.A. si è contentata di concederlo *liberamente, e senza niuna condizione, la quale io non haurei mai accettata per la dignità di Nostro Signore, e per il rispetto, che si deue alle Bolle Apostoliche*: È ben vero, che S.A. mi ricercò poi con caldissima istanza, ch'io supplicassi V.S. Illustrissima à volersi interporre col Sig. Cardinal Pepoli, à voler rinunciare il nudo titolo della Badia à questo figliuolo, e riseruarsi tutti li frutti, e la facoltà libera di affittarla, & in somma, che fosse puro Esattore delle sue entrate, e quando il Sig. Cardinal Pepoli eligesse per più sicurezza di hauere vna pensione equiualente a tutti li frutti si accettarebbe ancora, con tutto, che tornasse a miglior conto di Sua Signoria Illustrissima, poiche restarebbe libero dalli pericoli di tempesta: Per tutte queste ragioni pare à S.A., che V.S. Illustrissima habbia d'hauer largo campo di fauorirlo in questa dimanda col Signor Cardinal Pepoli, al quale di più dice per questa cortesia restarà tanto obligato, che procurerà di farli conoscere in tutte le occasioni di hauerla bene impiegata.

Num, 7.
Particula Epistolæ 163. Cardinalis Ossat super destinatione Abbatiæ facta à Clemen. VIII. Cardinali Aldobrandino absque Ducis consensu.

Mi disse ancora, (id est Cardinalis Aldobrandinus:) che essendo vacata vna Badia nello Stato del Duca di Sauoia, il Papa gli disse, che glie l'hauerebbe conferita, se non fosse questa protettione, che daria da parlare, e che egli hauea risposto, *che la Collazione di essa apparteneua à Sua Santità, e non al Duca, e che la riceuerebbe vnicamente da Sua Santità, con lasciar più tosto questa protettione, che non gli rendea cosa alcuna*: Non mi disse, se il Papa gli haueua conferita, ò nò, questa Badia, ma io tengo di sì, che se fosse stato altrimenti, me l'hauerebbe chiaramente detto: Io credo ancora di più, cioè, che l'accettatione di questa Badia soprauenuta doppo la detta protettione, è stata la causa, per la quale ha tenuto meco questo discorso, giudicando in se stesso, che per il mezo di questa Badia la cosa andarà così auanti, che se ne potrebbe pensar male: In verità questa Badia sarà ancora vn'altro pegno, che il Duca di Sauoia haurà di più, ma non è vtile per Noi il mostrare di farne caso.

Num. 8.
Declaratio facta per litteras Cardinal. Aldobradini quod Indulta non comprehendant statum Pedemontanum.

Molt'Illustre Signore &c. Con il solito Ordinario di Milano Io hebbi tre Lettere di V.S. Vna commune tra lei, e Monsignor Patriarca, l'altre sue particolari, alle quali risponderò con questa, dicendole: *che hauendo Io dato parte à Nostro Signore del ragionamento tenuto da lei con li Ministri del Signor Duca in proposito della Badia di Caramagna, dice Sua Santità*, che ella ha fatto prudentemente a rappresentare loro, che le difficoltà,

che

che hora si fanno perdare il possesso della detta Badia al Sig. Cardinal San Clemente non facilitaranno punto il particolare de' Priuilegij,caso,che non lo difficultino; *Mà Sappia V. S., che se bene i Priuilegij sono confermati dà Sua Beatitudine,non comprendono però i Beneficij del Piemonte, e però resta esclusa la pretensione di S.A. nell'Abbatia di Caramagna in virtù di questi Priuilegij*. Roma 12. Agosto 1600.

A Monsignore Nuntio di Torino.

Il Conte di Verua Ambasciatore del Sig. Duca, ha adempiti gli Officij presupposti da V.S. con la cifra nel particolare dell'Abbatia di Caramagna, dicendo, che S.A. habbia scoperte nuoue raggioni, che prouano sufficientemente *il Padronato*, *e nominando la mia persona*: In quanto alle ragioni haurà caro Nostro Signore di trouarle tali, che meritino d'essere ammesse, perche desidera ogni honesta satisfattione al Signor Duca. E quanto al resto non è venuta Sua Santità ad alcuna risposta *determinata*, ma non sarà forsi aliena dal consentire, ch'io accetti li fauori di di S.A. in segno della gran stima, che conuiene farne, *quando ve ne sia luogo*, massime, che in tal caso si trouerìa modo di preseruare la Camera da ogni pregiuditio rispetto a' frutti. Della nominatione scriue il Signor Duca à me medesimo, *che ne ringrazio S.A.* con l'inclusa,senza dirle però,che *ne si accetti*, *nè si ricusi,douendosene deliberare, doppo, che si saranno esaminate bene le raggioni predette del Padronato*, il che tutto communico con V.S. per la nostra confidenza. A Sua Santità, ch'ha letta la cifra istessa sono stati communi anco gli altri particolari del Conte di Ognat, e del Matrimonio, che si trattaua per mano del Duca di Mantoua, & à V.S. con ciò mi raccomando &c. Di Roma li 8. Ottobre 1605.

Num. 9. Abbatia de Caramania destinatur à Duce Cardinali Burghesio sub erroneo supposito quod esset de Iurepatronatus.

Le lettere di V.S. dell'vltimo Ordinario date alli 25. di Ottobre sono state lette,e Nostro Signore ne ha inteso ogni particolarità per mia relatione. A quello,che hanno bisogno di risposta, rispondo con le aggiunte, ò più tosto replico con queste: *Che sicome non si è pregiudicato alla Collazione della Sede Apostolica col prouedere l'Abbatia di Caramagna in mia persona*, così non si pregiudicherà alla Camera nel particolare dei frutti, i quali si hauranno ben da conseruare per me, conforme à quello,che accennai vn'altra volta a V.S. e me le offero di cuore. Di Roma 5. Nouembre 1605.

Sed Nullum Sedi Apostolicæ illatum præiudicium in collatione d. Abbatiæ libere facta à S.Pôtefice,vt in Summario num. 34. litt.G.

Di

Di Roma à Monſignor Nunzio di Torino
11, Nouembre 1631.

Num. 10. Sereniſs. Dux ſignificat ſuam intentionẽ in vacatione Abbatiæ Vercellen. pro D. Alexandro Eſtẽ. ſi ſed Vrbanus VIII. eam Cardinali Antonio confert. vt in Summario num. 34. litt. P.

Il Signor Ambaſciatore di Sauoia ha quì parlato dell'Abbadia di Prarolo, con rappreſentare il deſiderio di S. A. che ella foſſe conſerita al Signor Don Aleſſandro d'Eſte. Ma Noſtro Signore hauendone diſpoſto prima in perſona del Sig. Cardinale Antonio, Io confido, che S.A. ſia per rimanere contenta per l'affetto, che hà moſtrato, e che tuttauia moſtra verſo di queſta Caſa. Ne dò à V.S. queſta notizia, acciò ella poſſa valerſene opportunamente &c.

Al Signor Cardinal Barberino.
Mio Signore Cugino.

Num. 11. Epiſtola ex Gallico idiomate translata in qua proponitur Abb. Mondinus pro Abbatia de Cauor. ſed ab Vrbano VIII. confertur Caſſiano Puteo: vt Sum. nu. 34. litt. S.

Le conſiderazioni, che mi obligano à procurare con tutto il mio potere, che l'Abbate Mondini habbia l'Abbadia di Cauor, ſono sì giuſte, e sì potenti, che io ſtimo, che le medeme vi perſuaderanno, non ſolo à non trouar ſtrano, ch'io non conſenta, che alcun altro ne reſti prouiſto, ma ancora à fauorire la nomina, che hò fatto della di lui Perſona, Io vi ſon indotta dal riſpetto, che porto alla memoria del fù S. A.R. che era riſoluto di gratificare il detto Abbate con queſto beneficio, per ricompenſarlo del continuo penſiere, con il quale l'ha ſeruito nelle congionture preſenti, hauendogli reſi rileuanti ſeruitij neceſſarij al ripoſo di queſta Caſa Reale, e di tutto lo Stato: Io hò creduto di douergli dimoſtrare la medema buona volontà, e volendolo impegnar d'auuantaggio nel Piemonte, oue non poſſiede coſa alcuna, gli hò promeſſo da molto tempo queſta Badia. E molto ragioneuole, che vn paeſe, per i quale egli ſi affatica gli forniſca il frutto, che merita per le ſue cure. Vi entra ancora la mia riputazione nell'oſseruare la promeſſa del fù S.A.R. e mia, & è impoſſibile di far altrimenti, per euitare la mala ſodisfazione della Francia, che non ſoffrirà, che altro Foraſtiere, fuor che l'Abbate Mondini habbia beni, e dependenze in vn luogo depoſitato hoggi tra le ſue mani, e così vicino a Pinerolo. Hò pregato Monſignor Nunzio Caffarelli nel ſuo ritorno di rimoſtrare queſte ragioni a Sua Santità, & a Voi, e voglio credere, che habbian l'effetto, che io deſidero, rappreſentandoui la giuſtizia, e la neceſſità della mia riſoluzione, con aſſicurarui, che in tutte l'altre congionture abbraccierò molto volontieri gl'intereſſi del Caualier del Pozzo, per il quale voi mi ſcriuete, e che honoro per

il ſuo

il suo merito particolare, e per la stima, che Voi ne fate, dichiarandomi. Torino 26. Decembre 1640.
Io Sig. Cugino.

Vostra Affettionatissima Cugina
Crestienne.

A Monsignor Nunzio in Torino,
li 3. Decembre 1657.

Madama La Serenissima Duchessa con sua Lettera de' 7. Nouembre ha fatto istanza à Nostro Signore per impetrare dalla Santità Sua l'Abbatia di Vezzolano al Sign. Abbate Aghemio; di che non ha potuto S. B. compiacerla in conformità del suo desiderio, già che all'arriuo di detta Lettera haueua destinato ad altri il Beneficio sudetto. Potrà V.S. opportunamente significarlo all'A.S., con accertarla del Paterno affetto, che S B. conserua verso di essa, e di cotesta Serenissima Casa, per seruitio della quale sarò prontissimo di manifestare la partialità della mia osseruanza in qualsiuoglia occasione, & auguro à V. S. ogni maggior contentezza.

Num. 12. Proponitur Alexandro VII. Abbas Aghemius pro Abbatia Vezzolani, sed alteri confertur, vt Sum. num. 34. litt. BB.

In Congregatione habita in Dataria die xxv. Septembris 1659. in qua interuenerunt RR. PP. DD. Fagnanus, Ronconius, de Rubeis, Emerix, Bottus Commissarius R.C.A., Vgolinus, Riccius Subdatarius.

Num. 13. Congregatio particularis anno 1659. resoluit Abbatias Pedemontis non comprehendi sub Indultis.

Primò quæsitum fuit: An constet de Iurepatronatus Serenissimi Ducis Sabaudiæ super Abbatia, seu Monasterio Sancti Iusti Oppidi Secusij &c. — *Non constare*.

Secundò, An dictum Monasterium, & allud Sanctæ Mariæ de Mulegio de Sylua Diæcesis Vercellen. compræhendantur sub Indultis fætmem. Nicolai V., Sixti IV., ac aliorum Pontificum, concessis Serenissimo Duci Sabaudiæ, in ea parte, in qua concedunt, quod Monasteria, & Abbatiæ huiusmodi conferantur, habita priùs intentione, & consensu eiusdem Serenissimi Ducis?

R.P.D. Fagnanus.

Monasteria, de quibus agitur non esse compræhensa sub Indulto.

R.P.D. Ronconius.

Monasteria, de quibus agitur, non esse compræhensa sub Indulto.

R.P.D. de Rubeis.

Potiores esse partes non compræhensionis sub Indultis.

F R.P.D.

R.P.D.Emerix.

Monasteria, de quibus agitur, non esse comprehensa sub Indulto.

R.P.D. Bottus.

Monasteria, de quibus agitur, non esse comprehensa sub Indulto.

R.P.D.Vgolinus,

R.P.D.Subdatarius.

Monasteria, de quibus agitur, non esse comprehensa sub Indulto.

Num.14. Litteræ super constanti voluntate Alexandri VII. liberè conferendi Abbatias sine præuia Ducis intentione, & consensu.

22.Marzo 1660.A Monsig.Nunzio in Torino.

Questo Sig.Ambasciatore di Sauoia doppo hauer lasciato correre tanto tempo, come è noto à V.S. senza applicar molto l'animo *à chiari fondamenti, che si sono addotti per mostrargli le raggioni della Santa Sede* intorno al prouedere l'Abbadie di cotesto Stato, fà hora istanza, che si ammettino gl'Auuocati per informare, tutto ciò non tende ad altro, che ad allungare il negozio, & à procurare nuoue dilazioni, perche non si termini mai, sentendosi manifestamente, che i sudetti Auuocati non hanno cosa da dedurre, che non sia stata di già detta, e maturamente ventilata, con apparir sempre più la poca sussistenza della loro pretensione: Perdendosi però la speranza, che il Sig.Ambasciatore sia quì per vltimare tal controuersia, non volendo egli mostrar di desistere dall'impegno, che hà preso, procuri V.S. che rimanghino persuase coteste Altezze, come hà fatto fin'hora, *dell'euidenza delle raggioni, e dello stile pratticato per così longa serie d'anni, e d'indurle à compiacersi* di scriuere al detto Sig. Ambasciatore, che si quieti, il che sarà al gusto di Sua Beatitudine, *poiche non potendo hormai doppo tanto tempo lasciar di prouedere le dette Abbadie vacanti, hà determinato di effettuarlo quanto prima.*

19.Aprile 1660.A Monsig.Nunzio di Torino.

Si è veduto la risposta data à V.S. in scritto per parte del Signor Duca, circa il desiderio, che mostra S.A. che Nostro Signore venga ben' informato delle sue ragioni circa dell'Abbadie, di cui si controuerte costì à Nostro Signore la collazione: Intorno à che mi hà commandato la Santità Sua di significare à V. S. *che essendo passato tanto tempo doppo la vacanza di esse, non può, ne deue differirne più longamente la prouisione, onde V.S. dica, che onninamente sarà questa per seguir quanto prima, ben conoscendosi,*

dosi,che l'intento di questo Sig. Ambasciatore è solo di procurar dilazione, mentre hauendo potutò informare il Sig. Card. Datario di quei motiui, che reputa potersi dedurre per la parte di S.A. non hà fatto da molto tēpo in quà informare S.E. di cosa veruna; è vero, che egli motiuò à Sua Beatitudine, che in occasione di Signatura di Grazia hauerebbe potuto degnarsi di sentire sopra di ciò alcuni Auuocati, mà potendo darsi caso, che la detta Signatura non si faccia per molti mesi, non è però douere di ritardarsi più lungamente la collazione dell'Abbadie sudette, e tanto più trattandosi di negozio, che consiste in fatto, e che non hà punto bisogno d'allegazioni d'Auuocati: Sua Santità s'accorge però molto bene, che detto Sig. Ambasciatore mette in campo simili motiui, solamente per andar' allungando le cose, e le dispiace di veder controuertere vn negozio così chiaro, come questo, per il che non lasci V.S. di far costì le contramine alli disegni, che vengono proposti così da S.Eccellenza, ò da altri, che per proprie passioni rappresentassero le cose à modo loro &c.

Adì 12. Luglio 1660. Al medemo. Num. 15.

Audita informatione Aduocati Ronconi persistit idē Alexander Septimus in priori resolutione libere conferendi.

Il giorno antecedente della Signatura di Grazia *l'Auuocato Roncone parlò à Nostro Signore circa il negozio di coteste Abbadie*, e sopra l'istesso punto insieme con due altri Auuocati hà informato anche mè assai lungamente, mà da nessuno di loro si è dedotta veruna ragione, che persuada l'animo di Nostro Signore à desistere dal prouedere le sopradette Abbadie, & essendosi con tutto ciò lasciato intendere, che se hanno qualche cosa da allegar di nuouo, ne trattino col Sig. Card. Datario, non però in tanti giorni ne hanno fatto motiuo alcuno con S.Eminenza, onde conoscendosi, che non tengono cosa sussistente, nè volontà di allegare altri fondamenti, *è risoluta Sua Beatitudine di conferire le dette Abbadie quanto prima*. Potrà però V.S. accennare costì qualche cosa, e parimente significare alla Sig. Duchessa, che se gusta, che si assegnino li 200. scudi di pensione al Vescouo d'Aosta, Sua Santità ne farà la grazia al sopradetto, *altrimenti gli destinerà ad alcun'altro, come hà di già fatto delli* 200. *che furono riseruati dalla Santità Sua &c.*

23. Settembre 1660. Al medesimo.

Di quà si è scritto à V.S., che attesi gl'offizij, che da lei s'interponeuano costì, non si sono fin' hora conferite l'Abbadie vacanti, e però se le soggiunge, ch'ella stringa, ò in vn modo, ò in vn'al-

tro, *poiche Sua Santità non vuol più tardare di conferirle &c.*

A 31.Ottobre 1661. A Monsig.Nunzio in Torino.

Si è vdito con gusto tutto ciò, che V.S.notifica con l'vltime sue cifre, alle quali si farà replica più categorica con le seguenti.

Quello che à mè occorre in tanto di significare à V.S. è: che Nostro Signore *è risoluto di venire alla collazione dell'Abbadie costà vacanti*; onde ella procuri di cauar l'vltime risoluzioni da cotesta parte &c.

A 7.Nouembre 1661.Al medesimo.

Accennò V.S.molti mesi sono,che questo Sig. Ambasciatore di Sauoia sarebbe presto stato richiamato,il che poi non si è effettuato;ma ciò poco importa:*Il punto stà*, che Nostro Sig. non conferisce quell'Abbadie, cosa senza esempio, e non con altro riguardo,che di vna mera ciuiltà, mentre hauerebbe potuto terminarsi tal negozio in poche settimane;Vole però, che *V. S. si lasci intendere,che trattandosi di affare chiarissimo per la Dataria,non è la Santità Sua per prolongarlo più longamente*,mà per *prouedere le dd. Abbadie* come ogni *ragione richiede*,onde prima di condescendere à verun'altra cosa,di che le sia fatta istanza per parte di S. A. vuole assolutamente terminare questa occorrenza,la quale si promette,che sarà maneggiata da V. S. con il solito auuedimento,& efficacia sua &c.

Di Torino da Monsig. Nunzio.

Num. 16. Discursus habiti inter Nuncium Robertum: & marchionem Planitiarũ primum Ministrum Serenifs. Ducis.

A 10. Nouembre 1661.

Hauendomi il Sig.Card. Corrado per ordine di Nostro Sig. scritto di ritrarre dal Sig.Marchese di Pianezza le vltime resoluzioni circa l'affare di quest'Abbadie, scrissi à S.E., che per quest'ordinario gl'hauerei significato cio,che ne haueuo ritratto, & i sẽtimenti del medemo Sig.Marchese di Pianezza per la terminazione di questo negozio, mà non hauendo cifra con S. E. gli auuiso con la cõgionta Lettera di sodisfare alla mia obligazione con questa cifra,

